

38 Solutumque, ubi mulieris pecunia destinata esset emptio- nibus honorum stabiliu aliorumque effectum fructific- torum, vir autem male gerens parentes administratores, id non ageret, sed negotiatioibus exponeret, intrare posset actio ad damna, & interesse loco fructuum, qui percipi- ent essent ex investimento faciendo si factum esset, juxta ea que circa hanc damna, & interesse generaliter pluries habentur sub tit. de usufr.

39 Constituta igitur certa conclusione, ut fructus extantes, vel qui pro extantibus habendi sunt, ad mulierem perti- nent, & de contrario, quod accedente expresso, vel tacito mulieris consensu, iam super administratione, quam super consumptione in promissuos usus, restituendi non sunt, ne- que sub rationum redditione veniant non extantes, ex late deductis per Cyriac. de contrav. 3. l. nu. 2. & seq. ubi ex quibus- dam consuetudinibus deprehenditur consensus tacitus uxoris, & Pal- tel. exp. ped. 36. numer. 26. & seq.

40 Exinde sequitur, istam dici questionem potius facti, ac voluntatis, quam juris, tam circa consumptionem, vel respectu existentiæ, sicut æquipollentem cum ac- quisitionibus exinde factis, vel alia specie locupletationis, quam circa consensum, & consequenter quicquid in hoc scribentes involvant, absolutum est, certam, ac determi- natam regulam generalem desuper tradi non posse, sed juxta omnium consuetudinalium, seu ambiguarum voluntatis quæstio- nam naturam, decisi pendet à singulorum casuum qualitate, ac particularibus circumstantiis, pro iudicis prudenti arbitrio ponderandis, inspecta scilicet qualitate honorum, ac personarum, morisque regionis, ex quibus inferri pos- sit ad verisimile, vel inverisimile, ex quo hujusmodi ambi- gue quæstiones principaliter regulande, ac decidende sunt, habendo præsertim considerationem ad quantita- rem, seu qualitatem dotis ejusque fructus, & an cum illis vir sit ipsam, ac uxorem, & familiam ita decenter tractare poterit; vel potius quod hujusmodi honorum extradota- lium subsidium decentiorum tractatum, lautioresque sum- ptus subaverit, ac propterea pro meo sensu erroneum vi- detur immorari in his, quæ præsertim consiliis, vel deci- sionibus pro singulorum casuum opportunitate, super hu- jusmodi præsumptionibus deducuntur, ita ex eis desumen- do generalem determinationem cuiuscumque casus applicabi- lem, juxta consuetum pragmaticorum visum, ex quo tot resertur æquivoca, & errores; ubi enim consistat de consensu, certum est fructus à viro percipios esse restituendos, ex de- ductis in Bonon. coram Bichio dec. 349. p. 9. rec. n. 12. Othob. dec. 200. & in eadem 16. Junii 1653. Cerro, & passim, cum fit absolutum.

41 Illud autem specialiter advertendum est, quod ubi maritus, qui dictos fructus perciperet, etiam de voluntate, & con- sensu ipsius uxoris, ex aliqua causa fuerit ejusdem mulieris creditor, puta ratione fructuum dotialium, ob retardatam dotis solutionem sibi debitorum, vel ratione melioramen- torum factorum in ipsis bonis, vel aliis mulieris tam dotali- bus, quam extradotalibus, sive quia debita, & onera ibidem tam realia, quam personalia extinxerit cum similibus &c. junc dicendum non est indehntè, ac simpliciter quod suos faciat fructus, nisi ex excessu, facta prius dicta imputatione, ex ea clara ratione, quod ita extare dicuntur, & ex altera quod in necessitatibus nemo liberalis existit, idèdque ad istam causam potius quam ad donationem referendi veniunt Cost. de scien. & ignot. dist. 47. numer. 9. Surd. conf. 290. numer. 30. cum seq. Antonel. conf. 13. numer. 9. Cancr. p. 1. var. c. 9. nu. 24. Rot. dec. 45. & 7. post. 1. vol. conf. Farinac.

42 In proposito autem metiendi, seu regulandi dictam præ- sumptionem consensum, vel respectu dissentus mulieris, in plerique causis, in quibus pro viro, vel respectu pro mu- liere occasio dedit respondendi de jure, satis referre ponde- rabam, an controverfia esset inter viri hæredes, ac mulie- rem superstitem contrariam animum declarantem, idèdque dictos fructus perentem à viri hæredibus, & casum conver- sum in quo mortua muliere nunquam in vita conquren- te, contentio sit inter ipsius mulier hæredes, ac virum allegan- tem consensum mulieris, ut illo casu facilius pro eo, in altero autem & converso facilius pro muliere responderi de- beat, se majores, vel respectu minores consuetudine desi- deranda veniant; licet enim partis interessate declaratio- nibus deferendum non sit, cum nemo dicatur idoneus testis in causa propria, attamen ubi declarationis probabilitas, vel actus ambiguitas accedit, tunc tali declarationi, ubi præsertim est facti circumstantiis verisimilis, seu non inver- sibilis dici potest, deferendum venit, ut de declaratione donatoris, quamvis facultatem non habeat revocandi de-

nationem, ceteris relatis habetur apud Othob. dec. 119. numer. 8. & dec. 195. numer. 18. & dec. 402. p. 9. rec. num. 31. & seq. dec. 77. & 90. post collect. Bonden. & pluries sub tit. de donat. ac alibi.

Positio verò consensu, ad eum ut intret conclusio ad favorem viri super ejus exculpatione ad hujusmodi fructuum restitu- tionem; dubitari etiam potest quid dicendum sit ubi ageretur de fructibus officiorum, seu locorum montium vacabilium, aut census vitalitatis, similibusque jurium vitalitiorum, & de hoc habetur actum particulariter sub tit. de regal. dist. 35. ubi in extradotalibus resolutum fuit, maritum teneri restituere, cum hujusmodi fructus habeant speciem sortis principalis, cujus substantia ita consumitur juxta deducta per Surd. conf. 575. In dotalibus verò quæstio est facti, ac voluntatis, an scilicet potius versetur in dispositione text. in usufructu. ff. solut. matrim. & l. si convenerit, ff. pat. ut fructus viri tanquam sortem restituere debeat, vel in casu text. in l. dotis fructuum, ff. de jur. dot. ut ad aliam restitutionem non teneatur, nisi ad illam ipsius usus fructus, seu juris percipiendi, juxta disti- ctionem, de quo Rot. apud Merlin. dec. 843. cum aliis ibi deductis, ad eum ut sit pariter quæstio facti, ex consuetudine aliique circumstantiis decidenda.

Maturius autem rem considerando, etiam in extradotali- bus non videtur ita indefinitè, ac rigorosè statuenda regula contra virum, sed pariter decisio pendere videtur ex facti qualitate, & an iuste, bonæ fidei, vel non malæ, vir ex con- sensu, vel permissione mulieris hujusmodi fructus in commu- nes decentiores, seu commodiores usus, verè consumperit, aliis non consumperit, attempto potissimum communi usu, quod hujusmodi jura vitalitatis parantur ad commodiores usum, atque ad usum magis, quam ad cumulum, magnif- ficum irrationabilis rigor esset cogere virum ad restituendum in sorte ita cumulara illos fructus, quos singulis mensibus, vel temporibus minutatim percipit, atque in communes usus consumpsit.

Si enim in jure receptum habemus alienam vel possessorem excusari à fructibus perceptis, & consumptis in bona fide, vel etiam in media, cum sufficere caveat malum positivam, ex- ducit per Greg. & add. dec. 74. Caveat, dec. 409. & 645. Buratt. & add. dec. 184. & 227. & passim, nullum magis ex- culandum viri videtur ad hujusmodi restitutionem.

De reliquis autem circa hujusmodi præsumptiones, seu specialitates, ad quas DD. pro casuum opportunitate descen- dunt, agunt Mepoch. lib. 3. præsumpt. 9. Cyriac. Theaur. Fontan. Arias de Mela, & alii supra allegati, ceterique apud eos, incongruum tamen pro meo sensu est, de his singulis peragere, sive in autoritatibus aliquid in specie firmatis fundamntum constituere, cum revera sit quæstio facti, & voluntatis, certam ac determinatam regulam gene- ralem non recipiens, sed pro singulorum casuum qualitate, ac particularibus circumstantiis decidenda, idèdque stant bene simul quod DD. in eo casu bene loquantur, & tamen quod dictum non bene ad alium casum applicetur, & circa quam applicationem totus est punctus in consulendo, vel in decidendo.

De aliis verò dotalem materiam concernentibus habetur supra in diversibus casuum particularium, ac etiam in supplemento ad hunc titulum, & sub tit. de matrim. occa- sione conditionum, que doti adjiciantur, matrimonii libertati adversantium.

ANNOT. AD DISC. CLXVIII

De aliis ad materiam extradotalium dist. 35. & seq. de regal. & dist. 56. de servit. ad materiam usufructuum.

ROMANA ALIMENTORUM PRO JOANNE BAPTISTA BONEQUO CUM BARTHOLOMEO FILIO EJUSQUE UXORE. Casus disputatus coram Cardinali Vicario.

De eadem, vel simili materia de qua supra, dist. 1. An scilicet pater teneatur supportare onera matrimonii sine dote, & sine ejus consensu per filium contracti.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Quod pater teneatur alere filium, ejusque uxorem.
3 De-

3 Declaratur quare ita dispositum sit de jure Digestorum, & de ratione differentie inter antiquum & præsens.

4 Quando vir teneatur alere uxorem indotatam.

5 De alienatione usufructu peculii adventitii detrahendi.

6 De hodierna libertate matrimonii sine paterno consensu.

7 Omnia præterea tendi filios esse subsidiarium.

8 In subsidariis non admittitur ille qui sit pauper ejus culpa.

9 An denegatio alimentorum præjudicet libertati matri- monii.

10 De inconvenientibus resultantibus à licentia filiorum nubendi sine consensu patris.

11 An filius teneatur recipere legitimam à patre in vita.

D I S C. CLXIX.

1 Nuncio quidem invito Jo: Baptista patre, Bartholomæus cum honesta quidem, & non inequali, sed paupere, & indotata puella matrimonium contraxit, deindeque preces Papæ ambo conjuges portiterunt, ut idoneus pater cun- grua, & honorifica eis suppeditaret alimenta extra patrem domum, in qua ob diffida vivere non poterant, illique remissis Cardinali Vicario, cum ex parte Actorum dedu- cerentur autoritates relate per Boll. de off. matr. tit. de alim. oblig. par. 4. §. 2. numer. 97. ad probandum ut pater filium ejusque uxorem quamvis indotatam alere teneatur.

Sciebendo pro patre dicebam, in hoc quoque dignosci eandem modernorum, & moralium respectu simplicita- tem, vel æquiuocum, super intelligentia, & applicatione le- gum civilium, eundem quidem tunc etiam erga matrimo- nii libertatem, de quibus supra dist. 1. ac etiam circa hanc se- cundam partem dist. 73. de test. & dist. 14. de matr. & alibi. Firmant namque moderni hoc assumptum ut pater teneatur alere filium, ejusque uxorem quamvis indotatam, ad id moti autoritate text. in l. ff. de liber. agnos. ita magis com- iteranter sequentes originale dictum quamvis subsidiarium, Surd. de alim. tit. 1. q. 38. numer. 5. reprobando contrariam opi- nionem Paschal. de patr. potest. par. 2. c. 3. quasi quod priori opinioni assistant, posteriori autem resistat præfati textus di- positio.

In hoc autem clara consistit simplicitas, que tamen ne- que unica, neque infrequens in modernis præsertim digno- scitur, non reflectendo ad diversitatem rationis, & tempo- ris; duplex enim diversa militabat ratio attempto tempore, quo dicta lex prodit, quarum utraque hodie cessat, & per consequens non solum simplicitas, sed inopia manifesta est illam nostris temporibus applicare, & prædicare. Pri- mo nempe, quod eo tempore attempto, filius familias servo assimilatus, nil proprium habere poterat, adeo ut omnia quo- modoque in eum obventa, quamvis ex proprio labore & industria, vel ex dote uxoris, patri directè acquirerentur, istaque est ratio, cui proprie innititur dispositio text. in l. cum pater, §. progrediamur, ff. solut. matr. super obligatione patris a securanda dote, sive donationem propter nuptias facien- di, ut advertitur supra, dist. 145. & 162. Ac propterea, ut ibi advertitur, tam circa istam obligationem, quam circa ex- tractionem dotis restituendam à fideicommissio eadem man- nant simplicitates & æquivoce manifesta.

Et secundo, quod ut advertitur dist. 1. & alibi de eo tempore filius familias matrimonium absque patris consensu sub ejus annulatione contrahere non poterat, adeo ut à patris placito penderet illud durare, ac non durare, vel dis- solvi.

His igitur retentis præsuppositis, bene ac rationabiliter per d. legem disponitur quod pater tam filium, quam ejus uxorem licet indotatam alere teneatur, quoniam stante primo præsupposito filius quamvis indultus per se ipsum id agere non poterat, dum etiam ea que ex labore & industria, vel ex beneficio fortune, exceptis castrensibus, vel quasi, di- rectè & immediate patri quebantur, ac etiam quia eo ip- so, quod pater permittebat matrimonium habere ejus per- manentiam & durationem, ita ejus consensum illi præstare dicebatur, & per consequens quemadmodum vir, qui scien- ter mulierem indotatam ducat, illi alimenta præstare tenetur, neque propterea eam expellere potest, licet autem si ignoranter, & deceptus juxta magis communem, & recep- tam distinctionem, de qua apud Rosas dec. 422. dec. 617. n. 11. p. 4. recens. tom. 3. ita in patre ex eadem ratione idem di- cendum venit.

Omnia verò hæc cessant hodie, adeo ut dispositioni dict. legis rectè congruat sensus enunciatum, ac vulgare assum- Card. de Luca, Lib. VI.

ptum quod quælibet dispositio intelligenda venit, rebus in eodem statu permanentibus, sive intret vulgaris regula cum cessante &c. quoniam ob introductionem peculiorum factam per jus novissimum sustiniani, filius familias est capax domini & administrationis, ac propterea cum ejus labore, & industria rectè acquisitiones facere potest, cum quibus se ipsum ac uxorem quam pauperem & indotatam ducere vo- luit, alere valeat.

Et quamvis etiam hodie in hujusmodi acquisitionibus ex industria & labore provenientibus quæ cadentibus sub peculio adventicio patri competat usufructus ex relatis sub tit. de serv. dist. 60. cum plur. seq. Attamen id procedit cum præsupposito quod pater filio ejusque familie subministrat ali- menta, que ex fructibus & redditibus ejus bonorum in pri- mis suppeditanda sunt, ut clarè disponitur in eodem jure no- vissimo hunc usum fructuum decernente, ac propterea filius quando pater id negat, rectè ex usufructu tanquam per spe- ciem deductionis congruat privilegiata poterit hæc alimenta percipere.

Cessat quoque altera ratio impliciti consensu eo ipso quod patitur pater matrimonium durare, dum ex dispositione canonum, clarius verò, ac firmius ex illa Concilii Tridentini, per quod sublata sunt omnes quæstiones, & ambiguitates, que desuper cadebant, deficiens consensu quoniam ex- pressus, & positivus diffensus paternus, nullum in matrimo- nio quamvis indigno impedimentum præstat, & per conse- quens his ita stantibus, nulla subest ratio cui innitatur ista paterna obligatio, attenda dispositione juris civilis.

Ea quoque accedente ratione quod iustus usus patris alien- di filium ut potè ex officio Judicis ex gratia committerationis est absque dubio subsidiarium, & quatenus filius non habeat aliunde, sive quod impossibilitate morali tamen potius, quam physica non possit cum industria & labore victum sibi comparare, ex deduct. apud Buratt. dec. 490. atque admitti- tur dec. 8. n. 37. p. 19. recent.

Atque in subsidariis receptum habemus principium, quod idem sit habere, ac per eum stare quo minus habeat, quia obtentum dissipet, vel quod obiter potest, negligat ex relatis supra, dist. 145. numer. 73. & alibi pluries, ac propterea cum ex communi consuetudine relate supra dist. 143. matrimonia contrahi non solent sine dote, unde præsum- ptum ac facile fuisse filio retenta matrimonii libertate uxorem dignam, & æqualem cum congrua dote habere etiam sine consensu patris, idèdque rectè dici potest quod tanquam culposus isto subsidario remedio, vel beneficio indignus censendus veniat.

Durum namque ac protervis inhumanum videtur, ut etiam dist. dist. 1. advertitur, ut filius qui in hoc male, & culposè se gerit, commodum, & favorem reportare debeat, cum damno, & jactura patris offensi ac injuriati; istaque sunt illa indiscretæ traditiones, & propositiones modernorum præsertim Juristarum, & moralium, que de directo ad- versantur facultati, quam ipsi proficentur, quoniam lex est effectus rationis junctæ cum potestate, atque ratio dicitur proficentur.

Neque aliquod præjudicium libertati matrimonii exinde resultare observabam, quoniam si ita esset, ut eod. dist. 1. advertitur, deneganda etiam hodie veniret patri, vel alteri majori facultas exhæredandi, ac denegandi legitimam, vel dorem ob matrimonium indignum, & tamen contrarium est verius, alia patri non remanente obligatione nisi illa, de qua apud Buratt. dec. 498. & supra dicto dist. 1. subsidia- rie alienationis juxta necessitatem naturæ potius quam congruentiæ, atque in eo indigno, & depresso statu quem filius, vel filia sibi elegit, ita in præfenti, dum filius elegit uxorem pauperem, que ita si non in natalibus, & honestate, attamen in bonis indigna dici potest, ducat illam pauperem vitam quam elegit, atque cum industria, & la- bore vivat, sufficit namque ut cesset illa ratio, cui innixa est dicta æquativa obligatio patris suppeditandi alimenta merè necessaria, & præcisè subsidaria, quorum denega- tio quamdam speciem negationis importare videretur, ac propterea esset inducere penam gravem contrariam libertati matrimonii.

Eoque magis etiam cum sensu veritatis, præmissa pro- cedere dicebam ob eadem inconvenientia Respublicæ nimium præjudicialia resultantia ex ista licentia, que filius, vel filibus concedatur, superius enunciata d. dist. 1.

In omnem autem eventum, quando cum summo rigore adversus patrem procedendum esset, atque præmissis non II deferendum, cujus contrarium omnino probabilius vide- D d 4 batur,

batur, aliud pretendi non posset nisi ad mensuram fructuum legitime, ut isto casu ob eius circumstantias in ea quaestione de qua alius legitime aquod Boff. ubi supra, cap. 13. §. 16. & Moderna. de Luc. in addit. ad Franch. decif. 133. an filius veniente in vius recipere assignationem legitime a patre teneat, opinio affirmativa recipienda sit, dum volens pater potest reliquum assem non solum alius filius benemerentibus & obedientibus, sed etiam extraneis donare, seu alias disponere, neque ad alia filia datur actio, nisi illa inofficiosa, quae ad legitimam restringitur.

AVENIENON. DONATIONIS.

Responsus pro veritate suppressis nominibus.

De obligatione defloratoris dotandi defloratam, eo mortuo transmittatur ad heredem, vel donatario; de huius dotis taxa; & quando ea peti valeat; & an puella deflorata obstat remissio, vel alia conventio patris.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Quod ius petendi dotem a stupratore non cesset per eius mortem, sed competat etiam contra eius heredem.
- 3 Non est inherendum solis doctrinis in litera, sed perquirenda est eorum ratio per iuris principia.
- 4 De quaestione generalis an actio criminalis transeat in heredes delinquentis.
- 5 In specie de ista actione petendi dotem a stupratore.
- 6 Ut competat etiam contra donatarium universalem, vel particularem.
- 7 Quid contra tertium possessorem foventem causam onerosam.
- 8 Pro hac dote constituenda non competit hypotheca.
- 9 Deservit Avenion. concedente hypothecam favore colligantur.
- 10 Pater non potest remittere defloratori actionem competentem deflorate, & e contra ipsa non potest in praevicium patris.
- 11 De comparabili concursu conventionis patris, & obligationis defloratoris.
- 12 Quomodo stuprator consulendum.
- 13 De taxa huius dotis debita per stupratorem.
- 14 Quando pater stuprator, vel alter conjunctus teneatur ad aliquam supplementationem.
- 15 An stuprata petat ante matrimonium dotem, & quomodo, & an alimenta.
- 16 Prostitutio, vel matrimonium indignum post mortem patris non tollit ius legitime iam quaesitae, vel delatae.
- 17 Si stuprata non curet nubere, quam actionem habeat contra stupratorem.
- 18 De conclusione de qua n. 2. transmissionis obligationis dotandi ad heredes stupratoris, an procedat si ille ex causa stupri fuerit occisus.
- 19 An cesset obligatio stupratoris se offerentis ducere stupratam in uxorem, si postea illa fornicetur.
- 20 Non dicitur in mora ille qui aliquid prestare tenetur, nisi certificetur de voluntate illius cui prestandum est.
- 21 An consensus praesumptus & implicitus in praevicium patris sufficiat.
- 22 Quando consensus non praevicet, quia datus ad certum effectum, qui non sequatur.
- 23 Stuprator etiam si eligat ducere in uxorem, tenetur dotare.
- 24 Dos data, vel promissa per patrem stupratam non facit cessare obligationem stupratoris, sed solum eam minuit.

DISC. CLXX.

Deflorata honesta, forteque nobilis puella sub matrimonio fide, quod contrahere volebat deflorator, contra istum eorum Mgistratu Legati Avenion. distinctas portarent querelas eadem deflorata, cuique pater, inter quem & accusatum post aliquod intervallum cum mediatione, & autoritate Vice legati, qui hoc inuitu gratiam fecit, ad conventionem devenit, quod, ut deflorator defloratam in uxorem ducere deberet, cum dote sc. 3000. in pecunia numerata deponenda, ut promissa in actu matrimonii existeret, istaque conventio quinquenniali spatio circiter intermedio inter ipsam, & defloratoris mortem sequutam, partim ob

istius absentiam in bello, sive in peregrinatione, & partim ob defectum depositi non sequitur, cum effectu fornicata non esset; hinc ex parte puellae de quatuor consultus fui. Primum nempe, an actio sibi competet pro dotatione ad bona defloratoris possessa per ejus matrem ex titulo donationis universalis; facta occasione accessus ad bellum. Secundum, an sibi obstat dicta conventio inita cum patre. Tertio, super huius dotis taxa; & quarto, an quamvis inupta eam petere & prosequi possit.

Ad primum affirmative respondi ex punctuali autoritate Noal. de transmiss. casu 19. n. 24. verf. sed utrum, ubi descendit ad hunc punctum praesertim, ut obligatio stupratoris oriens ex dispositione text. in c. 1. & 2. de adult. in 6. & de qua supra hoc tit. disc. 142. ex n. 71. ad mortui stupratoris heredem transmittatur.

Sed quoniam genium, ac styllum semper abhorruit mere pragmaticum morem ambulandi in sola fide doctrinarum, atque in earum litera immorandi, opportunum quinimo necessarium repurandum earum perquirere fundamenta ex rationibus, & principiis, sine quibus negligi mereantur, ex insinuatione disc. 35. de iud. & in opusculo styli ac alibi saepe; hinc assumendo assumpti veritatem in forma discursiva, advertentem in primis in hac facti specie cessare illam discrepantiam, quae inter Civilistas, & Canonistas dignoscitur super hoc puncto transmissionis actionis criminalis, & penalis ad heredes delinquentis, quoniam licet Canonistis eam concedentibus, Civilistae negent, ex relatis per Noal. ubi sup. & bene Duen. reg. 13. Clar. §. fin. a. 16. n. 51. cum aliis apud Farin. a. 10.

Attamen id procedit, quando ad litis contestationem deventum non sit; ista etenim accedente, Civilistae quoque eandem concedunt transmissionem, ex deductis apud mox allegatos, ac propterea cum ex actis iudicialibus jam sequitur, magis vero ex dicta conventionem, quae esset illa contestatio, quae hodie neglectis antiquis superstitionibus, & formalitatibus induci dicitur ex relatis disc. 7. de iud. Quinimo adesse aliquid plus ob d. conventionem, per quam deflorator se talem agnovit, atque ad ducendam stupratam in uxorem obligatum, ita praefata quaestio cessabat.

Secundo, quia ubi etiam confessio non adesset, adeo ut veritatem in casu quaestiois, dictaeque veritatis inter civilistas, & canonistas; adhuc ista posterior opinio generaliter, & ubique, etiam (ut nostri dicunt) in terris Imperii, sub quarum genere omnes saeculares principatus veniunt, in hac specie servanda esset, dum est actio, quae provenit a dispositione iuris canonici, atque versatur in materia peccati, ut advertunt superius allegati, & praesertim Noal. ubi sup. Clarus vero, ac extra omnem dubitandi rationem in Ecclesiastica additione, in qua etiam in prophans, & inter laicos primum occupat locum jus Pontificum tanquam proprii Principi, ut ad disc. 35. de iud.

Et tertio quoniam d. quaestio intrat in illa actione criminali, quae fit mere penalis ad vindictam, & quae ex communi consuetudine, potius sisco applicatur, quam parti offensa, cui solus conceditur actio refectionis ejus, quod interest, in iudicio quidem criminali peragi solita, sed quod effectum est civilis, ideoque per mortem delinquentis, non perimitur, neque cessat, ut passim receptum habemus contra furem, vel alium damnificatum, & contra usurarium, ac similes, ex relatis per Duenn. d. reg. 13. n. 12. Noal. d. conf. 27. a. n. 7. Farin. d. q. 10. n. 72.

In hac vero ultima specie verari advertentem, quod scilicet ista donationis actio, & obligatio respectiva non fit mere criminalis, & penalis in sola ratione vindictae, & punitiois commissi criminis, sed dicenda potius veniat civilis pro refectione ejus, quod interest patris, ejusdemque puellae, ac aliorum attentionem, adeo ut illa obligatio, quae alias incumbat patri, vel ejus heredi, ut alteri de pure dotare obligato, ex relatis supra eadem discurs. 142. n. 1. & per totum, transfundatur in ipsum stupratorem, non solum in satisfactioem iniuriae, sed etiam in refectionem, quae quod dotare obligatus dicere valeat, ita sibi adeempta fuisse occasionem, vel fortunam, ut puellam etiam sine dote, vel cum illa a viro constituam cum ejus industria, & diligentia collocare posset; summeque ex facto stupratoris certiorata sit stupratae conditio, cuique illatum damnus facti pemaenemus, & perseverantibus, idcirco istius refectione per mortem delinquentis cessare non debet; sed ejus hereditas, & bona eidem oneri subjacere debeant in secunda parte alternative posita per jus canonicum in d. c. 1. & 2. ut redacta ad impossibile per mortem priori parte ducendi in uxorem defloratam, locus esset alteri.

Quamvis autem DD. agentes de ista quaestione transmissiois

tionis actionis penalis non cessant per mortem delinquentis, exemplificavit in haec; autem advertentem id seculi demonstrative ratione frequentioris contingentiae, non autem taxative, cum videatur obligatio, quae potius inest bonis, ideoque sequitur quencumque eorum possessorem foventem causam lucrativam ex titulo donationis, non solum ubi illa sit universalis, ut in praesenti, & quo casu res de plano procedit ex eo quod donatarius universalis habetur loco heredis, ejusque vicem gerit, ex iis quae generaliter habentur sub d. tit. de donat. disc. 44. & segg. & in his terminis obligationis dotandi, occasione agendi de parte, advertitur d. disc. 142. n. 42. Sed etiam ubi ageretur de donatorio particulari, saltem in subsidium, quatenus alia bona, quae in hereditate debitoris remanent prompte experibilia, non sufficiant, ex iis quae circa actionem competentem creditoribus chirographariis adversus possessores bonorum debitoris ex causa lucrativa etiam contra fraudem habentur etiam sup. disc. 756. & in terminis actionis competentis filii pro legitima etiam adversus donatarium particularem in subsidium, habentur in sua sede sub tit. de legit.

Dubitandi autem ratio cadere potest, ubi agatur de tertio possessore ex causa onerosa, & respectiva circa fraudem, adeo ut non intrat edictum de his qui in fraudem, &c. an scilicet contra istum possessorem, in quem ab ipomet principali debitor dotis constituitur alienatio facta fuerit, aliqua actio concedenda sit, quod pendet a puncto competentiae, vel incompetentiae hypothecae legalis, dum illa cessante, in d. beneficium separationis bonorum, cum quo anteriores rum heredis illius defuncti, cujus erat dotandi obligatio, ex deductis sup. disc. 166. magisque ex professo disc. 78. de feud. ad materiam Bullae Baron.

Hypothecam vero dotalem pro dote constituenda non competere verius firmatur in eadem proxime citatis locis, ubi quod hypotheca legalis doti attributa est in bonis viri, & socii pro dote restituenda, ac etiam in bonis dotantis ex obligatione legis; bene tamen in hac facti specie illam intrare observabam ex statuto huius Civitatis Avenion. l. 2. rubr. 9. art. 4. disponente, ut bona litigantis ad favorem colligantur hypothecata sint a die morte litis, & comparationis iudicialis, qualis in hac facti specie accedebat; quod tamen ponderabatur ad superabundantiam, dum agebatur cum donatario.

Super secundo quaesito, an scilicet deflorata obstat dicta conventio inita cum patre, negativè constanter respondit; tum ex eo quod factum patris praevicere non potest filiae non consentientis in iuribus ex persona propria sibi competentibus, ex iis quae habentur deducta supra disc. 355. occasione agendi de oneribus, & vinculis adjectis doti; & per argumentum a contrario in his specialibus terminis supra dicto disc. 142. num. 75. ut ipsa filia stuprata non praevicet patri remittendo hoc onus stupratoris; tum etiam quia conventio non repugnat, sed est rectè compatibilis, ut enim habetur dicto disc. 142. numer. 71. & segg. ad unum ex duobus stuprator tenetur, vel scilicet ducere in uxorem; & dotare, vel illi dare dotem congruam, cum qua virum aequalem, & dignum obtineat; sed quoniam in primo casu est sub quaestione, an pater tenetur dare illam dotem, quam alias dare teneretur si casus stupri non contigisset; atque una opinio affirmativam sequitur, & quamvis altera opinio parti favorabilis videatur magis communiter recepta, ex relatis d. disc. 142. num. 73. & segg. attamen cum sit quaestio disputabilis, ita rectè potuit concorditer terminari cum dicta conventionem.

Ac etiam observabam dici posse, quod pater ad id potissimum, ac principaliter devenisset, ut ita ejus honori magis consultum remaneret cum matrimonio contrahendo cum ipomet stupratore, cum aliis viri dignis, & aequalis non de facili reperitur, neque bene ac omnino abluta rei maneat macula; & per consequens cum conventio percurat certum finem, vel effectum, sine quo illa utique sequita non fuisset, hinc ex vulgari regula cum cessante, non adimpleto fine, vel effectu, evanuit, atque remanet altera pars alternativa, quae solum remanet practicabilis, dum prima ob mortem reducta est ad impossibile, & dicitur extra conventionem, ut potè a partibus non volita, neque cogitata.

Non solum etenim stuprata tunc consulendum est, ut vel ipsum stupratorem, vel alium virum dignum, & aequalem habeat, sed etiam ut tam circa dotis constitutionem, quam

circa honoris restitutionem cum matrimonio ita reintegrata remaneat, ut contingente casu dissolutionis illius matrimonii, aliud dignum, & aequale contrahere valeat, cum aliis provilio non esset personalis, & fixa, neque damnium cum congrua reintegratione refectionum esset.

Circa tertium taxae dixi idem quod in his terminis habetur supra d. disc. 142. ac etiam disc. 144. quod scilicet istum non sit punctus juris, in quo sequendo potius unam, quam alteram opinionem, statui valeat regula certa, & generalis, cum pendeat a singulorum casum circumstantiis, cum diversis tamen earum regulatione in hac specie irregulari donationis potius, quam in altera regulari resultante ab obligatione sanguinis, vel charitatis in parentibus, alique conjunctis, quoniam in hac specie non attenditur qualitas personae dotantis, neque quantitas ejus patrimonii tam pro effectu favorabilis ipsi dotare obligato, quam pro alio effectu odioso, quia nempe si ipse sit valde nobilis, & dives, mulier vero inferioris conditionis, non est facienda taxa ad mensuram nobilitatis, & divitiarum viri, sed ad mensuram status, & qualitatis mulieris, ut virum aequalem habeat, & propterea ista-tuenda in primis videtur illa taxa, quae caderet in paraggio illi debito per patrem, vel fratres, ut habeat illam dotem, quam habere debuisset, si casus non contigisset, & ulterius per viam supplementationis addendum est id quod importet illa macula, cuiusque adequata recompensa, adeo ut illam mortem non solum mulier provisa remaneat pro illo matrimonio, sed etiam pro altero, quatenus illud dissolvi contingeret, cum alias dari posset casus, quod stuprator cum ejus potentia, vel industria, sive ob aliquam opportunitatem contingentiam, pata quia aliquis naturaliter dignus, & equalis esset amore captus vel quod sibi expediret stupratori gratificari, illam duceret cum modica dote, per quam mulier provisa non remaneret.

Et è converso, neque ex eo quod facultates viri sint modicae, habenda est illarum ratio, eo modo quo habetur in iis qui citra culpam, & delictum, per legem obligantur ratione sanguinis, vel charitatis, quoniam nil refert, an delinquentis ratione proprii delicti depauperetur, dum etiam ex causa delicti, pro quo intrat publicatio bonorum, redigi potest ad summam necessitatem, & tamen id non habetur in consideratione.

Solumque in casu insufficientiae stupratoris videtur, quod intrare possit Judicis officium amplectendi praedictam minus communem opinionem, obligantem patrem, vel alterum conjunctum alias de jure obligatum ad dandum illam dotem, quam si casus non contigisset, dare debuisset, vel saltem ad supplendum id quod deficiat; idque neque certam regulam habere videtur, sed arbitrium diversimode interponendum est, juxta ea, quae eod. disc. 142. ac etiam disc. 1. & 2. & alibi habentur circa dotem constituendam filiae indignae nubenti, & an in illa indignitate aliquam culpam ipse pater, vel alter dotare obligatus habeat, istique videtur termini, cum quibus materia regulanda sit.

Denum quo ad quartum, & ultimum punctum, an scilicet nunc ante matrimonium stupratae dotis constitutionem, ac solutionem praetendere possit; respondi pariter idem quod habetur eod. disc. 142. n. 76. & segg. quod scilicet cum praefati Canones loquantur de dote, ista supponit matrimonium carnale, vel spirituale, à quo dos nomen, & essentiam recipit, eodem modo quo generaliter habetur de quocumque alio dotare obligato ratione sanguinis, vel charitatis, adeo ut non agatur de illa dote, quae succedat loco legitimae jam delatae, quam mulier possit petere, & obtinere, quamvis non sit nubere, quinimo etiam si velit meretrici carere, & indignè vivere, dum prostitutio ante vigesimum quintum iustam inducit causam exheredationis, eximendo patrem, vel alium ascendente

ab obligatione legitima, sed postquam in statu habili de tempore mortis ascendens ista jam delata est, mutatio status non causat amissionem, ex insinuatione, sup. disc. 155. & alibi. Bene tamen, etiam ante matrimonium, vel eius promissam, ac certam occasionem, peti potest non solum taxa, sed etiam assignatio in bonis, vel depositum in pecunia juxta casum circumstantias, ex quibus regulandum venit Judicis arbitrium, cui tota ista materia commissae est, ut ita facillius habeatur occasio matrimonii; interim vero, ex eisdem effectibus suppeditari debeant eidem mulieri congrua alimenta, quae pariformiter, imò magis, quam dos commissae sunt Judicis arbitrio ex facti qualitate, & circumstantiis regulando; potissimè vero ubi mulier penitens eligat calibem statum tertiae, vel biginae, ut eodem discurs. 142. advertitur.

Quatenus vero (ut quandoque consultus fui) mulier non curet matrimonium carnale, vel spirituale, neque honestam

neam provisionem alimentariam in statu honesto, ac ce-
libi ut supra, sed tanquam jam corrupta; & profuita velit
liberam vitam ducere, solumque petat refectionem damni,
& estimationem iniuriae; & tunc non intrant termini dotis,
vel donationis, sed termini generales refectionis damni, &
iniuriae cadentis in quocumque alio delicto damnificante,
atque estimatione damni, vel iniuriae certam non habet
regulam, sed remissum ad arbitrium Iudicis regulando ex facti
circumstantiis, & praesertim ex illa, an stuprum fuerit cum
violenia, necne; siue an mulier dici possit in majori, vel mi-
nori culpa, ex quo pendet, an commiseratione digna sit,
necne.

18 Adhuc tamen occasio non dedit disputare casum in propo-
posito, ut hae obligatio stupratoris non terminetur per
mortem, sed transeat ad heredes, atque afficiat bona; an
scilicet procedat, quando ex ipsius stupri causa mors stu-
patoris contigerit, quia nemp stuprator pater, vel fratres,
aut alii conjuncti illum in fraganti reperiunt, vel postea oc-
ciderint; atque pro opinione Iudicis regulando ex facti
circumstantiis, & praesertim ex illa, an stuprum fuerit cum
violenia, necne; siue an mulier dici possit in majori, vel mi-
nori culpa, ex quo pendet, an commiseratione digna sit,
necne.

19 Conferre autem ad hanc posterioriorem opinionem videtur
ex paritate rationis id quod habetur apud Sanchez de matr.
l. 1. disp. 10. numer. 13. quod relato Boss. eodem tract. c. 1. num.
fin. quod scilicet si stuprator se offerat stupratam ducere in
uxorem, idque expressè promittat, postea verò stuprata cum
altero se prostituat, & fornicetur, tunc vir liberetur, quasi
quod una iniuria cum altera compensetur, quod fortassis isto
casu dicendum venit.

20 Post datum responsum, de duobus per scribentes pro di-
cta donataria rea convenita obijci debent, primo nemp, quod
ineffectuatio matrimonii proventerit ex mora, & culpa pa-
tris stupratae, non faciendo depositum; & secundo quod ip-
sa stuprata dictam concordiam ratificaverit, dum congrua-
tiones ab amicis recepit, ac etiam munera à destinata so-
cru stupratoris matre.

21 Nec tamen aliquid obiaculum praestare in secundo
responso dixi, quoniam circa primum (ultra quod ex supra
deductis mora, vel culpa patris, filiae praedijudicare non potest)
de nulla culpa, vel mora pater redargui poterat, dum stu-
pator dictam concordiam ab ipsius absentis patre initam
numquam expressè ratificaverat, idcirco non tenebatur di-
ctam pater nihil in gr. vi damno, & incommodo pro qualita-
te loci, & persona se supponere inveniendi scilicet 3000. in pe-
cunia numerata, illaque deponendi in banco in quo otiosa
stare deberent, nisi prius de voluntate viri certificaretur, ne
aliis ab ipso elusus remaneret, ac propterea duplici injuria,
duplicique damno affectus, ex his, quae à simili pro exco-
municato mortis aliquid praestare debent, ubi con-
sistit esse promptum illum, qui recipere debet, habentur apud Coccin. dec.
1804. 1884. & admittitur decis. 471. p. 9. rec. ac pluries sub di-
versis materiis advertebat.

22 Et quavis desideretur implicita ratificatio ex eo quod
stuprator ex eadem causa detrusus in carceribus Parisiensibus
dictam conventionem exhibuerit, eaque stante obtinere
excuserat, ac propterea ex dicto ulro inferretur ad
approbationem, attamen id sequutum fuit post ferè quin-
quennium, & ad aliquos menses ante mortem; ac ulterius
est actus tacitus, & implicitus, ac sic non omnino expres-
sus, & certus, per quem pater auctoritatem de consensu,
& voluntate potuerit se agnoscere debitorem, potissimè quia
gestus in carcere, illeque impugnavit, utpote referibilis ad
animam ab illo ex timido, juxta deducta dist. 41. de alim.
& contrah. prohib. Hanc animi incertitudinem, imò aliena-
tionem de consensu subsequenter gestis ab eodem, dum egres-
sus est carceribus cum accedens ad patriam, donationem ma-
tri fecit, atque illud abiit ad periculum bellum, ubi occu-
bit.

23 Quo verò ad alterum obiectum consensus ipsius mulieris
ultra motum quod in graviter praedijudicialibus non suffi-
cienti hujusmodi praesumpti, vel impliciti actus aequivo-
ci,

non probata scientia certa praedijudiciali exinde resultantis tam
de facto, quam de jure, ex his quae in terminis specialibus
ratificationis mulieris habentur dist. 90. & 115. de dote, & ali-
bi; & generaliter sub tit. de alien. & contrah. prohib. in ma-
teria ratificationis actus invalidi.

24 Omnem difficultatem cessare dicebam ex eo quod actus
essent aequivo- & referibiles ad approbationem matrimo-
nii per ipsam desiderati, & sperati; tum ex motivo amoris
erga illum virum; tum ob omnimodam restaurationem
ejus honoris, ut supra consideratur; idcirco iste dicitur
consensus causativus, & sub certo praesupposito, quatenus
istud effectum sortiatur, secus autem eo non secuto, cum
tunc habeatur pro non praestito, dum eatenus procedit regu-
la, ut in alternatis per electionem unius cesset alterum,
quatenus electum effectuatur, non autem per solam destinationem
sine effectu.

25 Ponderando etiam, quod omnia praemissa excusare pos-
sunt virum à mora, cum matrimonio non contraxerit,
ut propterea ad aliquam penam, vel interesse non teneatur,
sed non possunt tollere id quod favore mulieris sequum
fuisse, si matrimonium sequutum esset, cum num-
quam fictio superare possit veritatem, & excusare ab his,
quae etiam in casu implementi competere, & obtinerentur.

26 Ac propterea cum ex magis communis & recepta opi-
nionem stuprator ad utrumque teneatur, ad ducendum scilicet
in uxorem, & dorandum, ex relatis disto dist. 142. de do-
te numer. 74. hinc sequitur, quod ubi etiam sequutum fuisse
matrimonium, adhuc deflorator obligatus videtur dorem stu-
patae constituere compatibiliter cum summa promissa per
patrem, qui ad id se induxit tanquam pro quadam augmento
dotis ad matrimonium facilitandum, ut in alio responso pon-
deratur; sed non exinde inferri potest ad dictam obligationis
remissionem, quae in conventionem non legitur, eaque ex no-
tis propositionibus non praesumitur stante compatibilitate;
idcirco quomodo omnino dicatur semper ista dorandi obli-
gatio firma, & inevitabilis remanet.

In causa praecedentis discussus emanarunt in Sac. Rota Ro-
mana sequentes decisiones, quas hoc loco addendas non incon-
gruum putavimus.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
DECANO

Avenionem. Dotationis,

Veneris 19. Junii 1682.

Mulier nobilis Joanna post acceptam matrimonii fidem
à nobili Josepho Maria, sine viâ, aut raptu, sed mutue be-
nevolentiae signis, Amantium more, stuprum in Domo Pa-
tris passa fuit, donec fe praegnantem sentiens coram Iudice
accusationem iniecit, & una cum Patre querelam criminali-
tatem contra stupratorem porrexit: Sed ad compescendos
indignationis motus, qui de facili inter utrumque Parentes
exardescere poterant, R.P.D. tunc temporis Vicelegatus
unanimes Partium, & Amicorum hinc inde voto, & consensu
concordiam authorizavit, per quam datae fidei inherendo
conventum exitit, quod Josepho Joannam in Uxorem duceret
conventum exitit, ac per prius deposita ab istius parenti-
bus dote 9000. librarum, hoc in super adjecto, quod Josephus,
qui post commissum crimen Lutetiam Patrisiorum se conu-
lerat, Avenionem non ingredere nuptiarum implendam
gratia, quin prius reale dotis depositum praesentisset; &
juxta cautela à Panormitano traditam in c. 2. n. 6. ibi: *Quia
dicitur vir cum ea contrahere volebat, tunc pater teneatur eam
dotare, & nota bene hoc dicitur, ut servetur cautela in istis
Nuptiis clandestinis*: Extra, de Adult.

Non impleta à Parentibus Stupratae promissione Joseph
Maria Castra Christianissimae Regis effectus, mortem obiit,
unde reddito impossibili Transactionis effectu, Joanna coram
Auditor Avenion. in jus vocavit Stupratoris Matrem, ac
acharedem, dorem congruam ab ipsa pretendens, & con-
trariae sententiae fovebatur; commissa verò Eminentiss. Cardi-
nali Legato causa Appellationis de Voto hujus Sacri Tri-
bunalis, ex quibus à Dominis meis, an effectus loci Dotationis,
& pro qua summa, qui post secundam causa propositionem,
non esse locum responderunt.

Inanis si quidem visa fuit inventaria actio ad dotationem
contra haerem Stuprantis, ex cap. 1. & 2. de Adult. &
Stupr. de sumpta, si ve dos stupratae debeatur ut interesse,
& con-

consequenter ad haereditatem transmissibile, Noal. de tran-
smiss. cas. 19. numer. 24. si ve uti pena de jure Canonico in
haereditate transitoria, quando actio est Rei per defectuaria, Fa-
rinae. qu. 14. num. 61. Nam quid sit an duplex illa altera-
taria, altera nemp ex lege Mosaisca in dicto cap. 1. trans-
aut puniatur, in unicam tantum resolvatur ex utroque com-
posita, subrogata scilicet pena Dotationis in locum pena
corporalis, seu commutata lege Mosaisca in Atticam, quae
erat, ut nubar, vel dote, teste Anast. Germon. in Para-
tit. Decretal. ad tit. 16. de adult. ibi: *ita Lex Aethiopia mul-
tibat, ut vel duceret stuprator, vel daret Puellam*.
Ita ut electa via nuptiarum cesset pena dotationis, &
contra, via dotationis electa, cesset coactio nuptiarum
juxta naturam alternativam, de qua in L. cum Pupill. §. 1. ff.
de condit. & demonst. L. si quis 19. ff. de legat. 2. cap. in al-
ternativis de elect. in 6.

27 Quod affirmative videntur, ac de jure novissimo, & re-
cepta omnium Tribunalium consensum testantur Anton.
Perez. in Codic. lib. 9. tit. 9. num. 51. Clar. in §. stuprum num.
3. Gomel. ad Leg. Tauri 80. num. 8. versio. Sed his non ob-
stantibus, Castan. consil. 10. n. 1. Clarin. tom. 2. contra-
vers. 174. num. 33. Ricc. in prax. for. Ecclesiast. par. 3. resolu-
tio. 74. num. 4. Fontanell. de pact. clausul. §. glof. 5. part. 1. n.
22. & part. 2. num. 49. & 50. Tondur. quest. Benef. 184. num.
1. part. 3. Bagnan. in cap. 1. n. 3. de Adult. Faber. in Cod.
lib. 9. tit. 6. de finit. §. num. 4. Aden. ad Franc. decis. 333.
num. 2. Larrea decis. Granaten. 98. num. 68. Theaur. decis.
3. numer. 3. versio. §. conclusio, Del Ben. de Immunit. cap. 8.
dubit. 19. §. 8. numer. 15. & 16. Rubens ad decis. 432. num.
110. & 111. part. 4. tom. 1. recent.

28 Qua opinione retenta, quaecumque obligatio, seu pena
dotationis cessaret, cum Joseph viam nuptiarum elegere-
rit, ut ex concordia superius recensita.

In praesenti hypothese fuit per Dominos animadvertum
hujusmodi penas cap. primi & secundi penitus removeri ex
duplici limitatione, communitur recepta. Prima si quidem
quod locum sibi vendicent in casu simplicis stupri,
secus autem in casu mixto praesentibus (ponalibus de fu-
turo, seu in stupro processivo praevia fide data de matrimo-
nio contrahendo, ut primus omnium advertit Gelafus Pa-
pa in Can. Lex illa 26. quest. 1. ibi: *Stuprum est proprie quan-
do non praecedens conjugalis pactio utriusque voluntate vir-
go corrumpitur*; eandemque distinctionem reasumunt Ab-
bas in cap. 1. sub numer. 6. de adult. & in cap. cum causa
numer. 4. de rapt. Sess. decis. Aragon. 96. num. 12. & seg.
Rebell. de obligat. Justit. tit. de obligat. ex delict. quest. 8.
numer. 16. Sanch. de matrimo. lib. 1. disputat. 10. num. 15.
& lib. 1. cap. 20. num. 5. Bonacin. oper. moral. tit. 1. tract.
de matrimo. quest. 1. punct. 2. numer. 8. versio. secus dices,
& quest. 4. punct. 17. numer. 7. versio. dici, Del Ben. de im-
munit. cap. 8. dubit. 19. §. 8. numer. 15. & 16. Aden. ad de-
cis. 431. numer. 89. juncto numer. 110. part. 4. tom. 2. & Rota
decis. 163. nu. 23. versio. nec tali casu, & seg. part. 9. rec.

29 Quae quidem sententia, nedum communis praecitatis
Doctores dignoscitur, verum etiam Sacrae Congregatio-
nis Concilii, quae resolutis penas à Sacris Canonibus stu-
patoribus inflictas locum non habere in stupro post fidem
Nuptiarum, seu post Sponsalia commissio, sed dumtaxat
cogendum esse virum ad matrimonium contrahendum,
quam resolutionem referunt Salern. consil. 21. §. 3. num. 14.
Marzil. lib. 3. tit. 13. cap. 2. ltr. C. Fagnan. in cap. 15. qui fidem
n. 15. de sponsal. Novat. questio. forens. 165. in fin. lib. 1. &
nostrum Tribunal reverenter suscipit, & sequitur, cum
viri legis obtineat, ut observat Pasqualig. qu. moral. Cem. 1.
c. 61. num. 4. & 5. Rotaria Aoveriana Benefici 1606. 3. Julii
coram Sacro, & decis. 479. num. 2. coram Buratto, &
dec. 459. n. 1. coram Bichio, decis. 46. num. 16. coram
Eminent. Othob. decis. 878. n. 10. coram Duno. Jun. &
decis. 162. n. 9. par. 15. rec.

30 Ex duplici ratione, altera, quod mulier plus exigere
non valeat, quam implementum fidei, quae sibi data fuit in
plus debito petere videretur, quo habito si ultra exigeret
autem versio. hinc, & §. sequi aliud pro alio, in fin. lib. 1. &
Altera, quod inspecto jure antiquo, & Canonum disposi-
tione sponsalia, seu promissiones matrimonii, accedente
copula transibant in verum matrimonium, Cap. is qui fidem:
de sponsalibus, & cap. cum causam, de raptor. Quod licet
fuerit moderatum à Concilio Tridentino in ordine ad va-
liditatem matrimonii clandestini, nihilominus pena Cap.
primi, & secundi longe ante Concilium corpori juris in-

serta cessabant, nec poterant predicari de stupro commissio
sub praecedenti fide nuptiarum, sed solum de simplicis, quia
ubi de jure Canonico tollitur delictum, eodem jure pena
removetur, ex regula, non entis nullae sunt qualitates. L.
ejus qui, ff. si cert. petat.

31 Quod stuprum, de quo agitur, fuerit cum promissione
matrimonii, aperitissime probant tam quetela directae per
Patrem stupratae, quam ipsius declaratio in adhesionem que-
relae Patris, medio juramento facta, quod stuprum sub ta-
li fide permisit, quae confessiones contra querelantem
plenam probationem constituunt, per eas quae tradit Farin.
conf. 112. num. 13. Vermiglioli. conf. 12. num. 7. Juncta praesertim
confimili depositione unius Testis à Joanna inducti,
qui plenè contra ipsam inducentem probat, Add. ad Greg.
decis. 215. num. 7. versio. si tamen, Rota coram Cels. decis.
150. n. 7. & decis. 382. n. 10.

32 Secundam verò limitationem Text. in cap. 1. & 2. de adul-
ter. desumebant Domini ex Concordia super accusatione
inter partes, ministerio R. P. D. Vicelegati conclusa, per
quam remissa quaecumque injuria, conventum exitit, quod
Joseph Maria Joannam in Uxorem duceret deposita per
prius ab istius parentibus dote contenta; hujusmodi enim
transactio praesertit renunciationem querelae, & acquies-
tionis, & importat remissionem querelae, & acquies-
tionis, nisi expressè in illa quid referretur, Text. notabi-
lis in cap. 1. de Transactionibus, ibi: *Vel quidquid aliud
quod partibus quomodo opem ferre poterat sit evanum, &
omni virtute cassatum, & sola pactio inter vos nunc habi-
torum pagina validam robor obtineat*, Urceol. de transact.
consul. 99. n. 14. & 27. tit. 1. Gratian. disceptat. forens. 400.
numer. 28. Guazzin. de defen. rec. defen. 3. cap. 6. numer.
13. Rota coram Coccin. decis. 329. num. 1. & coram Bich.
decis. 65. num. 1. & in hac materia stupri, quod transactio
fit attendenda, nec alia actio quam ad implementum reve-
liscere possit, firmant Valeron. de transact. tit. 3. quest. 5.
num. 61. Olea de cess. jur. tit. 8. quest. 1. sub num. 22. versio.
ex quibus verissime, & in specie, Fontan. de pact. nupt. claus.
§. glof. 5. part. 2. sub num. 44. & 46.

33 Nec operari videbantur obiectae nullitates elicitae tam
ex defectu consensus stupratoris, ac stupratae, quam so-
lemnitatum Patrii statuti in contractibus minorum utilita-
tibus, vel Patris consentium requiritis, ex quibus infor-
mantur pro Joanna nullitatem transactionis arguebant;
nam quoad consentium utriusque factis esset attentio illu-
strissimi Vicelegati ibi: *Alia quae concordia tunc de parte
dell' una, & l' altera banda hanno acquietato, & hanno pro-
messo de equarila*; qui non minus in munere legationis fun-
gebatur vice supremi Principis, ac uti talis, eodem contex-
tus omnem penam delicti remisit, sed etiam hoc casu fun-
dit omnino deferendum, ut in proximis terminis tenuit
Rot. coram Bichio decis. 6. num. 23. versio. quam scientiam,
coram Peutingerio decis. 320. num. 18. & seg. coram Burati
decis. 168. num. 16. in Barchinonem. Canoniceus 22. Junii
1676. §. 1. coram R. P. D. meo Paulitio.

34 Verum ex parte utriusque, nedum tacitus, sed expres-
sus consensus elicitur, & quidem ex parte Joanne, tum
ex intermissa prosecutione querelae, nonnisi ad causam pera-
ctae concordiae referibilis, tum ex tractatu communi Parentum
voto, ac desiderio in Domo Patris conclusio, ubi ipsa
cum eo insimul tunc cohabitabat. Tum ex congratulatio-
nibus in executionem ejusdem concordiae ab ipsa gratissime
acceptis, de eade plenè satisfactam exhibendo, tum ex mu-
neribus, tunc in pauperio à Parentibus sponso ad se missis,
& hilariter, ac summo gaudio exceptis, ut ex Testibus pro
Joseph exhibitis, Summario num. 14. quae omnia ad hunc
effectum consentium, & approbationem omnino convin-
cunt, Brunell. de Spons. conclus. 11. circa med. versio. cum
taciturnitate, in tractat. divers. tom. 9. fol. mibi 15. Sanch.
de matrim. lib. 1. disputat. 22. numer. 5. & in specie receptionis
munerum Rota decis. 538. numer. 9. & 10. & decis. 621. n.
8. par. 18. rec.

35 Abique eo quod valeat criticari, quod nonnulli Testes
in aliquibus actibus per eos relatis sint singulares; nam
cum agatur de actibus reiterabilibus, ac diversis tempori-
bus emissis, Testes non dicuntur singulares singularitate
oblativa, sed adminiculativa, quae ipsorum dictum, &
fidem non destruit, Marant. in l. 15. post. sub num. 44. ff.
de acquirend. hered. Ansal. conf. 128. numer. 78. cum seg.
Rota coram Bichio decis. 327. num. 28. & seg. coram Eminentiss.
Cerro decis. 25. n. 4.

36 Ex parte verò Josephi Mariae clarius evincitur idem con-
sensus,

fenus, ac scientia nedom praesumpta, sed etiam expressa, praesumpta, & quidem ex inverisimilitudine, quod filius absens, liberis a Patre, vel aliis consanguineis certioratus non fuerit de re tam notabili, & publice gesta, ut ponderavit Rota coram Bichio decif. 6. numer. 22. quod ignoraverit, de quo debuit esse sollicitus ratione proprii intercessu, metiendo eius voluntatem in exquisita notitia tractatus praegambula fide ante copulam data, ac abolitione accusationis ex post subsequuta, ducto argumento a communiter accidentibus, per quae solite quarimus quae impensis appetimus; unde notitia simul, & consensus praesumuntur: ex doctrin. Felin. in cap. Nonne, numer. 10. extra de praesump. Rota coram Bichio decif. 135. n. 18. cum ibi allegat.

Expressa vero, ex judiciali per ipsum exhibitione concordiae Parisiensis facta, qua mediante obtinuit relaxari e carceribus, in quibus ad instantiam Joannae fuerat retinatus, ultra alias circumstantias inferius ponderandas circa praetentam moram Josephi Mariae: exinde enim resultat expressa illius ratificatio, quae supplet quemcumque defectum acceptationis, & retrotrahitur ad diem stipularum concordiae, cap. Ratiabitionem, de regul. 2. Bartol. in l. equi enim, ff. de ver. vat. hab. Posth. de manut. observo. 55. numer. 138. 142. & 147. Gratian. de sept. forens. 926. numer. 19. & in his terminis Olach. dec. 39. numer. 24. Rota coram Eminendis. Cor. ro dec. 32. sub numer. 41. in fin.

Defectus vero solemnitatum sublatus remanet nedom in iure, sed etiam in facto; urget enim in iure, quod in Contractibus Matrimonialibus, in quibus requiritur plena libertas, minor habetur pro majori, ita ut huiusmodi solemnitates non exquirantur, Bald. in l. in copulandis. nu. 2. C. de Nuptiis, & ibi Jar. numer. 2. Nicol. Superant. in cor. confirm. conf. 65. n. 4. & 5. Pic. ad stat. Urbis glof. 7. n. 276. & seqq.

In facto, cum statutum Avenionis alternative requirit, vel Patris consentium, vel utilitatem Contractus, & licet una pars alternative sufficeret verificari ex regul. Text. in cap. In alternativis, de regul. iur. in 6. utraque in praesenti concurret, consensus siveque Patris redditus ex superius relatis indubius, cum ipse fuerit principalis Author huiusmodi Concordiae: Utilitas vero evidens dignoscitur, non enim solum ex parte Joannae proprio honoris reparatur: quod in Matre nobili est pretio inestimabile, & moraliter loquendo, non poterat aliter reparari, quam mediante matrimonio cum ipso stupratore contrahendo, ut in specie observat decif. 163. numer. 24. part. 9. recentior. Sed quod praeter ceteris considerandum est, obtineat matrimonium valde optatum, ac sibi proficuum; & gratum viro, ejusque Parentibus, cum aliis coactae nuptiae, plerumque infelices exitus pariant, Adde. decif. 431. part. 1. tom. 2. rec. affecurabat sibi Dotem solvendam a Patre, & quidem longe majorem, quam aliae sorores habuerint: videbat reconciliatas nobiles familias, inter quas sui ipsius causa gravia poterant scandala oriri: ponebat in tuto probationes stupri, quae usque tunc factae nil concludebant, vel poterant tortura purgari, quo casu gravissima, & indelebilis macula ejus existimationi remansisset.

Non obstante, quod per mortem Josephi Mariae quaecumque utilitas cessaverit, & Joanna absque dote, & viro remanserit; nam praemisso quod a subsequuto eventu utilitas contractus non judicetur, sed inspicitur, & attendi debeat dumtaxat tempus, & modus contractus, utrum possit se potius habere probabiliter ad lucrum, quam ad damnum, l. si voluntate, Cod. de rescind. vendit. Surd. de Aliment. tit. 9. q. 41. n. 21. & 22. Rota decif. 337. n. 1. & seq. cor. Seraph. decif. 379. numer. 13. par. 13. & decif. 468. numer. 13. p. 14. rec.

Duplex recurrit responsio, altera, quod cum per Josephum non fletit, quin Contractus suum sortiretur effectum, sed per Parentes Joannae, qui promissa adimplere neglexerint, nulla illi culpa ascribenda venit: Altera quod Joanna notum non amiserit, cum ipsa actionem ad dotem 9000. librarum contra hereditatem Patris ex transactione fuerit consecuta, cujus vigore semper debebitur, cuicumque nubere volent, perinde ac si matrimonium cum Josepho Mariae contraxisset, per Text. in l. stipulationes non dividuntur, versic. Celsus, ubi glof. versic. dari oportere, ff. de verb. oblig. & l. si quis ab alia 14. ff. de re judicat. Rot. dec. 85. nu. 1. & seqq. p. 4. tom. 2. & dec. 668. n. 2. p. 4. tom. 3. rec.

Minus officere videbatur allegata renitentia, ac mora Josephi Mariae in adimplendo promissa; nam haec, tam ante querelem, quam post transactionem a Parentibus initam om-

nino excluditur, ante liquidum, cum per in repositam personam rogavit Matrem Joannae, ut nuptiis assentiret, & eam sibi traderet in uxorem, dilata tamen publicatione, ne indignationem Parentum subiret, ut ex depositione Tellis Summario additionali Matris Josephi Mariae, nu. 2. qui licet unicus, deponit tamen de facto proprio, & contra Joannem quae illum iudavit, gradum probationis constituit, cujus dictum, uti conforme articulis pro parte ipsius Joannae exhibitis huiusmodi confessionem praesentibus, concludentem integrat probationem, Eminens. de Luca de Jurepatr. disc. 23. n. 7. Rota cor. Coccin. dec. 15. ro. n. 69. & coram Manzanedo decif. 175. n. 8. coram Ubaldo dec. 851. num. 6. & decif. 113. num. 2. part. 7. rec.

Post vero transactionem, cum in illa conventum extiterit, quod prius a Patre Joanne stabilitum dote depositum fieret, addita expressa conditione, quod ante depositum, Joseph Mariae Avenionem non ingrederetur, frustra igitur mora, seu aliquis defectus non implementi post transactionem Josephi Mariae opponitur, cum non deceatur ex parte Joannae fuisse adimpletum quod ex lege transactionis impleri debebat, Dec. conf. 421. sub n. 5. Marcobrun. conf. 103. num. 156. Rota dec. 477. nu. 3. & dec. 97. numer. 15. coram Dupoz. Jun. & dec. 109. num. 3. p. 4. & 471. numer. 23. part. 9. recentior.

Quinimo ex parte Josephi Mariae plures adfuerunt obligationes, nedom verbales, quod etiam promptus matrimonium contrahere; verum etiam ad simplex monitum Parentum, evocatus Parisiis, per longum iter Civitatem Avenionis accessit pro dictis nuptiis adimplendis, quam tamen introire non valuit ex defectu Joannae, ac ejus Parentum, qui promissionem Depositi non servarunt, adeo: quilibet mora ipsi potius imputanda venit, non autem Josepho Mariae, per quem non fletit, quod promissa non implementur: qua mora cessante, non est locus alicui poenae, Boich. c. 1. num. 3. de adult. Dec. in l. quod re 5. n. 12. ff. de iur. per. & conf. 2. num. 3. versic. sed tamen his non obstantibus. Menoch. conf. 279. num. 63. Cynac. contr. forens. 103. n. 16. & 51.

Nec mora delinquitur ab obligatione stupratoris cum promissione matrimonii, statim ducendi stupratam, qua haec obligatio respicit forum conscientiae, non autem forum fori, in quo ad hoc, ut quis constituitur in mora, requiritur interpellatio, non potest quis eodem tempore obligari, ac in mora constitui, ad Text. in l. quod dicitur, ff. de solut. Bartol. in l. si ita stipulatus 115. n. 40. ff. de verb. oblig. Ber. conf. 160. n. 7. lib. 1. Altograd. conf. 84. n. 15. lib. 1. Fontan. dec. 90. n. 6.

Nec aliquid fuit, quod culpa Genitorum Joannae in non faciendo deposito, & non adimplendo concordiam, filiae praedjudicare non debeat, quia in hac materia factum Patris nocet filiae, idemque est matrimonium non fuisse sequutum ex facto Patris, ac ex facto filiae, per optimam Text. in l. cum veterum, C. de donat. ante nupt. ibi: Quod Sponsa, vel is in cuius auctoritate, causam non contrahendi Matrimonii praebuerit, tunc Sponsa, ejusque haeredibus sine aliqua diminutione, per conditionem, aut per nilem additionem in rem, reddi debentur.

Hinc parvi faciendum est de Fontan. Thesaur. Jun. Canc. Clarin. pro Joanna allegatis, tum quia eorum auctoritas non est comparanda cum allegationibus superius adductis, & praecipue cum auctoritate Sacrae Congregationis Concilii, quae habet vim legis, quando de iure respondet, Pasqualig. Moral. Centur. prima c. 61. n. 4. & 5. Zeol. in prac. Episcop. p. 1. verb. auctoritas: Tum quia non considerant supra allegatas duas limitationes, transactionis, nec non fidei Matrimonii, sub qua mulier passae est cognoscere, & quod ante Concilium sponsalia per subsequutum copulam transibant in Matrimonium: & resolutio Senatus Pedemontani principaliter nititur paupertati stupratae, cui matrimonio sequuto beneficium Aut. Praeterea, C. unde vir, & uxor, competisset, ac in necessarium antecedens, inibi praesupponitur mora, quod est alienum nostrae hypothese: quae modicum etiam decifio coram Penia sapientis in arenam deducta, cum ipsi promissio nubendi fuerit conditionalis, & coactae per stupratorem facta, & postquam jam erat carceribus mancipatus, ut ex lectione dignoscitur.

Et ita utraque parte bis audita, & semper accerrime informante, decifum fuit &c.

R E

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO

Avenionem. Dotationis.

Luna 19. Junii 1684.

Um fundamentum, quod Joseph Mariae praecedenti conjugali pactione Joannem cognoverit, istaque sub eadem fide parato stupro consenserit, firmato successivè utriusque consensu per concordiam in scriptis redactam de matrimonio in eundem, prout etiam quod per ipsum stupratem non fletit quin promissa implerentur, adhibitis utque vixerit quibuslibet diligentis pro illorum effectu; Rota censuit coram me sub die 19. Junii 1684. submotam fuisse quaecumque actionem contra haeredes defuncti stupratoris intentatam per dote consecutione, ideoque dotationi pro Joannam praesente locum non esse, respondit: verum quia praehabitis huiusmodi suppositis impossibilibus reddebatur edita resolutionis everso, uti apertissimo juri, & classis Doctorum auctoritatibus innixa, studio Joannae illius fundamenta evertere cum probationibus de directo contrariis, quapropter exhibuit in actis articulos concernentes nedom violentiam viri in stupro commisso absque ulla spe matrimonii, verum etiam utriusque dissentium; puella siquidem ad illud parandum, Joseph vero ad in eundem matrimonium etiam post daram fidem nuptiarum; quinimo post initam communibus Parentibus concordiam de illo per agendo, de posita prius a Patre Joannae summa librarum 9000. pro dote, quam siquidem concordiam nec re, nec verbum unquam stupratorem approbasse, fed potius animum suum declarasse de illa non implenda: impotentiam tamen ex parte Genitorum Puellae pro deponenda huiusmodi summa ductam ex articulis fidei commissio, quae omnia eorum bona premebantur, per quibus remissiores Literas perit ad effectum praesentem veritatem articulatæ materice dicit Testium judicialiter patefaciendi, cum instantia aucti hoc Sacrum Tribunal sub die 5. Maji 1683. ut ex Decisione coram me edita, nedom ob relevantiis articulis, verum etiam ob aequitativam consuetudinem, qua Sacrum Tribunal regitur nunquam in causis profanis data aliqui relevantiis, ac remota calumnia reconciliantur denegandi, nec contra omnem aequitatem iura colligantur per eandem de eisdem literis expeditis, & eandem vigore processu in partibus compilato, & ad Urticam delato, diffusit mulier etiam actrix ob aequitativam causam processu, ideoque de ordine dominorum meorum, & ad instantiam Francisci Mariae ejusdem Josephi mediatii haeredis consuetum dubium proposuit. An esse standum, vel recedendum a decifio sub die 19. Junii 1683. & pro confirmatione decisionis prodit resolutionio.

Testes enim de novo induci, & in necessariis ab informantibus nullatenus valuerunt exhiberi fundamenta decisionis induci ausus fuit asserere Joannam cum positiva violentia stuprum passam fuisse, quinimo super huiusmodi facto expresse interrogati, se nihil scire responderunt, ut ex Summario Informantis sub numer. 1. doctum fuit, ideoque istorum examen potius contra inducentem omisso, quod testes praefati post lapsum termini in Literis Remissorialibus praefati, fuerint examinati, quinonnulli ex eisdem post expiratam terminum juramentum praestiterunt, ideoque uti nulliter, ac sine jurisdictione examinati, non essent attendendi, ut statuit rex. in cap. Licet causam, de probat. & dixit Rot. decif. 324. sub num. 1. & dec. 726. sub numer. 2. coram Buratto, & magis precise in Barcivon. Decimar. 27. Junii 1640. cor. bonae memoriae Ghilferio.

Nec aliter poterant praefati testes deponere, dum ad evidentiam ex pluribus concluditur praecedens pactione nuptiarum in stupro commisso, tum ex querela per Patrem stupratem Judici prorecta, tum ex illius declaratione in adhesionem ipsius querelae medio juramento facta, tum ex depositionibus trium testium ex parte stupratae inductorum deponentium de auditu ab ipsa, quae omnia simul perpena plenum probationis gradum constituunt, de confessione judiciali, & jurata, & in querela criminali emissa, omissis generalibus tradit Farinac. conf. 112. num. 13. Vermigliol. conf. 12. numer. 7. & de testibus deponentibus de auditu ab ipomet inducente Gabr. de Testib. l. 1. concl. 1. numer. 14. Farinac. cod. rr. quo. 69. sub nu. 57.

Nec obesse videtur, quo ex huiusmodi confessionibus per stupratam emissis eratur dumtaxat promissio matrimonii ex parte stupratoris, secus vero repromissio, seu acceptatio ex parte stupratae, quae potius asseruit impulsu amoris stuprantis se constanter retinisse, ac omnem contentum, tam in prima, quam in subsequentibus vicibus adhibuisse, ne inhonestè cognosceretur; nam obiectum ex subsequuto effectu diluebatur; quis enim sibi fidere poterit, quod mulier nobilis stupratoris parisi conditoris, toties & iterato suum corpus tradidit carnale praebula fide sponsalium, & quod commercium abique abhorruerit, si in illius omnimoda libertate fuisset illud excludere, si consensus, seu repromissio matrimonii per Virum oblata non extiterit? ut per praecisa verba arguit Sanchez de matrim. l. 1. desput. 22. numer. 6. in fin. Clarin. contror. 174. sub nu. 66. & signanter, ibi: Et hic repromissio habemus signum evidensissimum ex copula proveniens inter eos sequita, & pluries reiterata, quia traditio corporis est sufficientissimum promissionis indicium, Rota decif. 163. sub n. 22. p. 9. rec. quo circa tam in prima, quam in sequentibus copulis verbum illud Resistentia in adhesionem querela: expresse non nisi trahi potest ad resistentiam pudoris, qui in mulieribus, quamvis ut plurimum appareat, inquis videtur, etiam in virginibus nuptis in primo eorum concubitu cum sponsis, ad tradita per Rotam cor. Buratto dec. 272. sub num. 7. & seqq. cum aliis ibi allegatis.

Sed in praesenti indubius reddebatur consensus mulieris huiusmodi repromissioni, cum deprehensa in flagranti deprecata fuit personam, quae ipsam cubantem cum stupratore deprehenderat, ne factum suo Genitori propalaret, illud coonestando huiusmodi repromissionem his verbis praecisis: Anna vi progo di non dire niente di questo a mio Padre per non farlo andare in colera, adesso mia madre tornera di Cortesone, questo sarà il mio marito, & ho da essere sposata con lui; Summario Informantis n. 6. qua sanè expressio super eo, quod Joseph Mariae futurus esset maritus, evidenter concludit repromissionem consensus praefati fidei a provido viro factae, super quo licet unicus testis deponat, attamen cum sint de iis, quae in occulto patrantur, & ab ipsa Joanna fuerit inductus, & examinatus, ejusque dictum judicialiter mediante productione per ipsammet approbatum, plenè contra ipsam inducentem probat, ex allegatis per Cardinal. Celsum dec. 150. sub n. 6. & 7. & plenius firmatis per Farinac. & Vermigli. sup. allegat.

Hinc penitus ex clava remanent terror, & minae, quae praetenduntur per stupratorem in eussu Joannae post stuprum paratum, ne factum alicui propalaret, nam praeter quod de illis nulla exhibitio fuerit probato, ad quid terror, & minae deferunt? Si libens, & volens amanti viro consentit, & ipsa potius infuso tubore perterrita rogavit ne factum propalaret, ut patet ad sensum.

Articulatum vero dissentium Josephi Mariae de in eundem matrimonio etiam post concordiam a parentibus stipulatam (super omnimoda illius effectu, nullatenus praefati testes ex adverso induci concludere videbantur, dum deponerint hoc tantumdem scire per publicam famam Summario Informantis n. 8. qua sanè probatio non sufficit, ubi centia scientia requiritur, praesertim quando de positioni per famam contraria probatio adversatur etiam ex consecutibus delinquentia, ut tradit Rota coram Buratto dec. 459. sub n. 6. & coram Cavalere. decif. 6. sub num. 5. coram Bichio dec. 312. num. 25. & in rec. decif. 15. sub num. 13. part. 5. cum talis probatio nedom vaga, & modice fidei dicatur, sed etiam fallax, testes enim poterunt idipsum percipere, vel post motum litem; vel a personis non informatis, vel alioquin suspectae fidei, iuxta text. in cap. Licet ex quadam, ubi glof. & D. de testibus, Rota decif. 175. sub numer. 8. & 9. coram Mantica, decif. 600. numer. 2. coram Buratto, & decif. 827. sub num. 11. coram Eminentiss. Cardinali Cero, adeo ut testes etiam non interrogati exprimerent debent personam, & tempus a quibus, & quo factum ab eis reitatum audierint, Angelus in Lea quidem, Cod. de accusat. in ruin. conf. 52. sub num. 7. vol. 5. cum aliis cumulatim in decif. 100. num. 19. & 20. part. 19. recentior.

Quod indubitanter in praesenti procedit, dum in consueti consilium, & fallacis probationis per famam, eadem positiva, & specialis probatio existit, verbis, & factis consprobata; extat enim actualis, ac judicialis productio ipsius concordiae in foro Parisiensi ab ipso Josepho Mariae cum protestatione expressa se ad in eundem matrimonium promptum adesse ad formam transactionis, occasione qua ipse ob questre delictum in carceribus illuc deti-

detinebatur, qua stante judiciali declaratione uique dicitur prestatam concordiam superlativè approbasse, & illius implemētum omnino voluisse, Olasc. decif. 39. num. 24. & 35. Rota decif. 127. n. 44. & 56. apud Merlin. de pignori. & dec. 433. n. 4. & 5. coram Priolo.

Insuper nimis aperta fuit gesta ab ipso Josepho Maria pro totali concordia, vix transactionis approbatione, cum de consensu pariter ipse evocatus Parisiis statim Avenionem accessit, non sine maximo incommodo ob temporis rigorem, causa dumtaxat matrimonium contrahendi, & postmodum coactus fuit cum iisdem calamitatibus, & per eandem viam redire ex facto genitorum Joannæ, qui in promisso deposito 9000. librarum defecerunt, ut aperte deposuit Testis de facto conficius, & formiter examinatus, adminiculus hodiè circa substantiam talis advenus ab alio teste ex adverso inducto Summario informatis, numer. 12. qui licet unicus, satis probat, cum effect mediator utriusque adhibitus, Caput quædam decif. 267. numer. 1. part. 3. Burat. decif. 168. numer. 16. Peuting. decif. 348. numer. 18. Rota decif. 276. sub numer. 15. part. 10. & decif. 174. numer. 21. part. 13. recentior.

Non obstante quod talis testis potuerit dici vilis, & criminofus, prout incassum in alia propositione causæ opponeretur, nam dum ab objecto crimine fuerit absolutus per sententiam iudicis cum condemnatione partis in expensis, & de illius bona, & publica fama Parochus loci testatur Summario hodierno, n. 15. in nihilum ejus dictum hedi potest, Rota dec. 195. sub num. 4. post secundum volum. consil. Farinac. & decif. 400. sub n. 5. vers. 2. clarus, & numer. 6. & 7. part. 16. recentior.

Factis itidem verba adstipulantur, cum pluries in voce, & in scriptis amicos certioraverit de ejus determinata voluntate matrimonium contrahendi cum dicta Joannæ, quam summo amore profectebatur, Summario hodierno, n. 18. & literis propriis genitores certos reddit, se eorum voluntati obsequentem, consensum dicto matrimonio prestatè ipsi omnimodè grato, hodierno itidem Summario, n. 19. quinimò pro ipsius parte diversas requisitiones genitoribus supratæ factas fuisse pro implemento concordia, ut de omnibus præcisè concludant testes in dicto Summario, sub num. 20. dati, quæ sanè cum aliis in decisione, quæ revidetur s. minus officere, cum tribus sequ. adductis, articulatum dissentium excludunt, & moram, ac renitentiam pro effectu matrimonii ex parte genitorum Joannæ extitisse convincunt.

Impotentiam itidem ex parte Joannæ magnificatam, quod bona paterna arctissimo fidelicommissio fuerint obnoxia, ideoque impossibile videbatur transactionis implementum quoad dotem à patre promissam, nec in jure relevare, nec in facto ex depositionibus testium concludi, domini animadvertent; ita si quidem percutiam publicam famam, & simplicem credulitatem, quas notorii juris est debilem, & periculosam probationem constituere, juxta gl. in leg. Testium, Codic. de Testibus, Rota decif. 278. sub numer. 1. coram Verat. decif. 7. numer. 4. & decif. 81. numer. 12. coram Comit. & decif. 93. numer. 22. coram Zarate, & dumtaxat afferant Genitorem Joannæ fidelicommissio transversali gravatum, & tamen data fuit ad partes egregia juris consultatio per celeberrimum Advocatum, & inter Primarios Urbis, ejusdem fidelicommissi exclusionem omnimodè in sententiâ veritatis comprobantem, super quo Domini nihil addendum esse putarunt, dum ipsa pars hodie non informans forsitan sub silentio tale quid præmittit conscientia ejus mali juris ex fundamentis in præfata allegatione deductis.

Sed etiam dato, nunquam tamen concessio, quod hujusmodi fidelicommissum, hereditarium, ac paternum sicut dimittitur, non tamen impotentiam requisitam concluderet, dum pater duplex officium venale, auditoratus nimirum Rote Avenionem, & Consiliarii in Parlamento Ariacensi, non modici preii exstima bilis possidebat, nec non alia bona hereditaria Catherine de Roure, & censuum feutorum 1000. ab ipso acquisitum, quæ cum indubitatis essent liberæ, ac pluriquam sufficientia ad solutionem dotis promissæ in solis cludis 3000. figuratam paupertatem, seu impotentiam excludunt, recentior est in leg. sciendum, s. item qui solam, ff. qui latissime cogantur, Sard. de aliment. tit. 7. quest. 37. num. 14. Rota decif. 54. numer. 4. part. 15. recentior. addito insuper quod in præfata concordia accessit, ac se obligaverit mater Joannæ cujus paupertas nunquam probatur. Insuper etiam ad assertum fidelicommissum (prout non bene supponeretur) effect vocatus Alexander frater Joannæ, in omnem casum itte

teneretur dotare sororem aliquo dote egentem. Gloss. in leg. cum pluries, s. cum tutor, verb. alio Patre ad ff. de administratione tutor. Campege, de dote p. 1. q. 22. per tot. Rota coram Celf. decif. 83. sub n. 6.

Quod denique testis tentatur innuere circa dissentium matris Josephi Mariæ, & illius renitentiam pro executione memoratæ concordia, non inereat attendi, cum sint singulares, & convinctur de mendacio, nedum à declaratione judiciali per ipsam matrem facta, verum etiam à depositionibus plurium testium utriusque formiter examinatorum, & deponitum super plenaria satisfactione ipsius matris in stipulatione ejusdem concordia, apertissimis demonstrationibus comprobata in transmissione numerum ipsi supratæ in istius puerperio, ac aliis nedum hodierno Summario, sub num. 29. & 30. adductis, verum, & fuisit in præterita mea decisione comprobatis, cujus fundamenta, uti apertissimo iuri conformia, in cæteris domini approbantur, Francisco Maria tantum informante, Joannæ vero pluries monita, & diu expeccata, & informate recalcante, &c.

Sacta Rota est in Voto, non esse locum donationi per Joannem de Sarpillon du Roure Præsentis contra hæredes Joseph Mariæ de Savin, ex rationibus deductis in supra insertis decisionibus, ad quas me refero.

Antonius Albergatus,

Sactæ Rotæ Decanus.

R. P. D. BENINCASA.

Avenionem. Donationis.

Mercurii 12. Junii 1686.

Occasione iudicii, quod Joannæ du Roure sub fidei matrimonii violata pro donatione intentaverat adversus Lucretiam Matrem, & donatariam universalem Josephi supratæ interim defuncti, duplex emanavit absolutoria sententia, altera scilicet pro Lucretia in Tribunali Avenionem, altera vero pro Francisco Maria ejus hæredes de voto Rotæ in Curia promulgata, & quamvis ex illis orta esset res iudicata in vim particularis rescripti, quod semel tantum in hac causa liceat partibus appellare, adhuc tamen procurante Joannæ, & causa ulteriori appellationis mihi commissa, dubium examinandum proposui, an constaret de causis restitutionis in integrum, quod in hac secunda propositione, attenta validitate, & iustitia sententiarum, negativè domini reverunt.

Processus validitatem ostendebat, & iustitia defumebatur ex transactione, quæ ad extinguendam priorem controversiam inter eadem partes criminaliter agitata, ea fidei conventionem inita fuit, quod Genitores Joannæ dicerent ipsi constituerent lib. 9000. Josephus vero supratam dotem in uxorem, & cum Lutetia Parisiorum tunc temporis moram traheret, Avenionem deinceps non ingredere, donec penes tertiam personam reale dotis depositum factum esset, quæ sanè conventio de jure licita, honesta, & valida, servanda erat, quantumvis super crimine stipulata, ut de stupro notat Padill. in l. rursus figere, n. 82. Franc. Curt. num. 21. C. de transact. Clar. in s. fin. q. 58. n. 14. Molin. de contract. tract. 3. disp. 46. sub n. 9. Cumque ad præscriptum illius Josephus corruptam Virginem solum ducere, non dotare teneretur, prout iuri consensum in stupro hujusmodi qualificato plene probat Afflic. de just. & jur. disp. 8. sect. 5. num. 68. & segg. tom. 1. præter relat. in prima hujus causæ decisione coram Reverendissimo Decano, s. in præfenti cum seg. utique obligato dotandi, qualis unquam in supratore considerari potuisset, hæc mediante concordia remanet extincta, nec amplius reviviscere potest, dum sola superest actio contra dotis expromissores ad implementum l. finis, s. pactus non pateret, ff. de pact. cap. de his de accusat. Farin. q. crimin. 5. num. 11. in fine, Gallerat. de renunc. centur. 1. renunciat. 32. sub num. 2. & Renun. 92. sub n. 9. Valeron. de transact. tit. 3. q. 5. n. 61. Tort. rot. decif. 23. num. 22. tom. 3.

Non obstat, quod expressa ejusdem contractus acceptatio nullibi iustificetur in Joannæ, tacita vero minime deprehendi possit ex conghatulationibus, & donativis ab ipsa, ut præterduntur, in executione transactionis receptis, dum ex his genericis solum illius scientia convincitur, quæ sine individua qualitatibus notitia in præjudicialibus non iustificatur.

gatur, capit. conventioni, verb. severis, de appellat. in sexto, Rota coram Cavalere. decif. 612. num. 27. & 28. potissimum considerandum, quod plura hinc adimplenda erant, quæ adimpleta non sunt, unde actricis consensus ubi etiam realiter intercessisset, quasi conditionaliter præstitus adhuc in præfenti deficiat, deficiente fine, quæ principaliter moveri poterat ad contrahendum, cap. verum, de condit. ap. pof. Rovit. decif. 4. num. 4. & pluribus segg.

Quoniam duo tantum continebat transactione, ab actrice specialiter non ignorata, matrimonium scilicet in eundem cum Josepho, & dotem sibi à propriis Genitoribus parandam; primum siquidem non ignorasse deprehenditur, non solum ex actibus in objecto recentis, sed & fortius ex cohabitatione cum parentibus in eadem domo, ubi transactione conclusa fuit, cum in hoc rerum statu profusus investisimle sit, quod cum non innoverit factum adeo notabile, consanguineis omnibus manifestum, & expeditum pro sui honoris reparatione, gloss. in leg. selegibus, verb. probatum, Cod. de Episc. audient. Cyriac. contravers. 504. ex numer. 29. optime Rota decif. 89. numer. 11. versio non obstat, cum duobus sequent. part. 2. divers. & coram Merlin. decif. 384. numer. 2. & sequent. & latius in decif. 6. ex numer. 19. coram Bichio, quod verò dotis etiam constitutionem non ignorasset, eo clarius convincitur, nam dupliatens repositum matrimonii moras conquirebatur aliquando de parentum incuria, qui sibi constitutam dotem non deponerant, ut in hodierno Summario Franciscj Mariæ numero unico; signum evidens, quod hujus quoque conventionis in individuo conscientia fuerat, & dolens de non adimplemento, ultra dubitandum non fit quin verè seiverit, & approbaverit omnia in transactione stipulata, & persequitur Rota coram Bichio dict. decif. 6. num. 23. confirmata coram Eminentiissimo Cerro decif. 31. num. 14. & 15.

Hinc semel præstitus suaderi minime potest resolutus consensus, ex quo depositum nunquam paratum fuerit, & sponsus decesserit matrimonio non contracto, ut fuerat conventum: Præmissio namque, ut sæpius probatum est, quod per Josephum nunquam steterit, quin sequenter nuptiæ, impedimentum verò solum procefferit ex mora Genitorum Joannæ, qui pluries etiam interpellati, dotem deponere neglexerunt, consequens est, ut quævis præfata dissolutio contractus cadere solum deberet in præjudicium Genitorum non adimplentium, fuerat autem futurisponsi, qui congruo tempore semper fuerat ad implendum paratus, bene Rebell. de oblig. just. lib. 3. quest. 8. num. 16. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 10. num. 15. in fin. Afflic. de just. & jur. disp. 8. sect. 5. num. 6. & segg. tom. 1.

Nec magis afflicti lesionis objectum acris hodiè inculcatum sub prætextu, quod Dionysius Joannæ pater verè non posset summam conventam persolvere, tum quia pluribus erat debitis prægravatus, tum quia bona, quæ possidebat, erant obnoxia transversali fidelicommissio, unde nec in subsidium dotem hanc detrahere potuisset; siquidem affecta impotentia excludi penitus videbatur, quia ultra bona fidelicommissio subiecta, quamplura etiam libera Dionysius possidebat, & signanter officium venale auditoratus filiaris pretio librarum 7000. & ultra æstimatum, præter eum in sorte centorum 1000. quæ omnia iustificata sunt, & in Rota approbata in utriusque præcedentibus hujus causæ decisionibus.

In nihilo refragante, quod primum officium venditum fuerit pro assolvendo ære alieno, ut ex testibus desuper examinatis, de quibus in Summario Joannæ num. 4. quoniam deponat ex illius pretio asserta debita fuisse extincta, cum tunc nec ipse, nec alii specificent quælibet, & quantum extiterit ære alienum, obtentam venditoris impotentiam non probant, Bartol. in l. si constanti num. 7. ff. solut. matrim. Ant. conf. 5. sub num. 2. Ruin. conf. 49. num. 3. & 4. l. 5. Fortius quia circa ejusdem inopiam particulariter interrogati se referunt solum ad famam publicam, ex ea deducendo, Dionysium non habere, nec possidere bona ejus debitis æquivalentia, quod satis quidem esset; si ageretur de probanda paupertate simpliciter, & absolute iuxta decisionem Caput quædam 293. part. 2. in contrarium adductam, fecus vero respectu certi, & determinati effectus, & præcisè alicujus debiti solvendi, ut exemplificat Bald. in Authen. præterea, num. 4. Codic. unde vir, & uxor, tunc enim testium depositio requiritur per negativam coarctatam, cum probatio debeat de necessitate concludere, ut in proposito inquit Ruin. dicto consil. 49. numer. 3. circa finem, & latius consil.

81. ferè per totum lib. 5. Malcard. de probation. conclus. 1154. num. 16. & 39. & signanter declarando dict. decision. Caput quædam firmavit Rota decif. 532. numer. 2. part. 2. recentior. & coram Remboldo decif. 396. numer. 1. & 2. Carill. decif. 295. numer. 3. & 4. & 199. numer. 2. & segg. coram Royas.

Eademque responsione removetur difficultas circa transversale fidelicommissum, unde nulla doris detractio erat possibilis; nam ultra quod ex prædictis sola fidelicommissi allegatio non afficeret, illud jam expirasse in eodemmet Dionysio luculenter ostenditur per celeberrimum Romanum Curia advocatum, ut in consultatione pro veritate edita, & nuper ad partes exhibita. Accedente præsertim matris etiam Joannæ pro eadem dote solidaria obligatione, vel etiam subsidiaria ejusdem fratris, unde conceditoribus insufficientia suppleri poterat, Cephal. consil. 216. num. 14. cum duobus seg. Afflic. decif. 179. Rota coram Carillo decif. 295. num. 6. & 7. & licet istorum quoque obijciatur inopia, quia debitis adhuc requisitis probata non fuit tanquam nullius ponderis exceptio, ut supra rejecta est, & una cum illa nova etiam præstansio super alimentis à Joannæ excitata, vel qua non cadit sub originali dubio præsentis causæ ad donationem restricto, vel qua obligatio dotandi habet onus alimentorum annexum, quod proinde ab ipsi debitoribus dote separari non valet, leg. ir. qui sicutum, s. sibi dos, ff. de jur. doris leg. s. filia, s. 1. ff. famil. ercif. cum concord. per Rot. in decision. 94. numer. 9. & 10. part. 14. recentior.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. BENINCASA.

Avenionem. Donationis.

Veneris 2. Maji 1687.

In hodierna causæ propositione recedendo à decisis coram me sub die 12. Junii proximi præteriti Rota censuit locum esse donationi Joannæ, quæ non solum suprum passa, sed nuptiis etiam Josephi supratæ orbata ob illius obitum supervenit, æquum non erat ut dorem etiam amitteret contra literalem dispositionem text. in cap. 1. & 2. de Adult. corruptens enim Virginem, eamque non ducens in uxorem, nunquam penam donationis evadit, prout explicant gloss. d. capit. 1. verb. d. d. abis eam, versio sicutum ea non contrahat, Boich. in cap. 2. eodem tit. 1. Bajar. ad Clar. s. suprum, sub num. 10. versio. laicus autem, Farinac. questio. crimin. 147. num. 110. Chart. decif. crimin. 65. sub numer. 5. & comprobant relati in prima hujus causæ decif. coram bo. mem. Albergato 19. Junii 1682. s. quod affirmativè, quæ tanquam defensoris interesse de Canonica aequitate, transit quoque indistinctè ad hæredes, in puncto Gomez. varior. resolut. tom. 3. cap. 1. sub n. 84. quem sequitur Barbof. in l. unic. num. 2. Cod. ex delict. defuncti. in quanti. hered. comm. ven. & Lucius Noal. de transmiss. cas. 19. n. 24. vers. sed utrum actio.

Non obstat, quod versemur in stupro qualificato à præcedenti fidei matrimonii, quo casu Josephus non ad aliud adstringendus erat, quam ad proximam fidem servandam, absque alia dotis constitutione, Guttier. de matrim. cap. 10. sub numer. 13. versio. sed verius, quia prætermissis etiam autoritatibus, quæ possent in contrarium allegari, prout sunt Farinac. d. qu. 147. n. 92. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glof. 5. part. 1. num. 40. & 41. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 60. in fin. Clarin. contravers. 174. numer. 76. 77. & 80. Fondus quest. benef. part. 3. cap. 184. num. 1. & 2. Rota decif. 75. post secundum volum. consil. Farinac. alias coram Per. decif. 74. num. 3. & 9. in fin. Placuit hodie responso, quod cum nunquam secutum fuerit datæ fidei adimplementum ob reviviscientiam iurium Joannæ competentium in casu defectus nuptiarum, adhuc sit exercibilis actio adversus hæredes Josephi pro debita dotis consecutione, bene Theof. questio. forens. 97. num. 1. cum duobus sequent. lib. 3. Thor. For. decif. 66. num. 38. & 39. part. 2. ubi licet defensor occisus fuisset à consanguineis puellæ, & in hoc individuali casu pro veritate consultus referat Catin. de Luca in supplement. tom. 2. ritul. de dote disp. 170. numer. 12. & per totum.

In nihilo refragante, quod aliàs inter partes transactionem fuerit, & signanter onus donationis in iuribus Genitoribus Joannæ, ac proinde ubi aliqua superesset actio pro dote, adhuc penitus remansisset extincta, ut persequitur postrema decifio, s. processus in fin. quia non tantum speciale cef. fa. voce

vore notari, ut semper agi possit primævis iuribus qualibet il-
lorum novatione minime considerata, ad text. in l. si cum do-
tem, §. si mulier l. ubi glo. verb. manebit, & DD. communi-
ter, ff. sol. matr. plenè Castill. dec. 15. ex n. 7. Rot. dec. 488.
n. 14. p. 1. 3. r. r. & in Rom. Salviani 14. Aprilis 1673. §. nulla co-
ram R. P. D. meo Rondin. sed potissimum quia id natura
etiam transactionis expostulat, ut cum reddita fuerit impos-
sibilis adimplementis, ex casu merè fortuito, & citra culpam
actricis, nunquam est pristina actionis prosecutio denegate-
tur, l. si quis accepto, ff. de cond. ad. ad. Cast. consil. 413. n.
1. §. 1. Burfat. consil. 101. num. 16. tom. 1. Valeron. de tran-
sac. tit. 3. q. 1. sub numer. 2. Rota cor. Bich. dec. 1500. numer. 23.
& 24. §. dec. 331. numer. 24.

Præterea multum urgere videbatur, quod ex parte ipsius
mulieris nulla deum acceptatio transactionis expressa, mi-
nusque tacita deum possit ex actibus in contraria decisione
concessis. Quotquot enim ibidem adducuntur, prout sunt
receptio munerum in sanguineis futuri ponsi, ac iterata
concessiones Joanne, quod parentes promissam dotem non
parabant, & similia, probant quidem factum transactionis
ab ea in genere non ignoratum, secus verò particulare præ-
judicium sibi ex illa resultans, de quo conficia nunquam ap-
paret, ac præterea querendum non est de ratificatione, quæ
in graviter prejudicialibus semper excluditur, quando pro-
ut in hoc casu non occurrit illa præjudicii scientia præcisa,
specificata, & individualis, ut præter generalia, de quibus apud
Urcel. consil. 101. §. 1. numer. 32. & de transac. qu. 100.
num. 20. Rota post dicit. v. r. dec. 148. numer. 8. & coram Lu-
dov. dec. 311. num. 14. in his terminis tradunt Fontan., de
pact. nupt. claus. §. glo. 15. p. 1. n. 12. & 13. Cardin. de Luca in sup-
plem. ad d. §. 170. num. 21.

Ceterum quando etiam admitti posset, quod legibus
transactionis aliquando sese subjecerit Joanna, attamen cum
nonnullis iacta appareat tum propter difficilem, ac fermè
impossibilem executionem dotis ex peculiari conventionè ab
eius Genitoribus solven. tum propter retardationem, ac pos-
sibilem amissionem nuptiarum cum Supratore, pro ut de
facto evenit, illam profecto servare non adstringitur, l. si
superfluit, C. de dol. Grat. disp. 435. ex numer. 2. Rot. coram
Duno. Jun. dec. 1004. & coram Cardin. Cell. dec. 318. v. r. r.
§. 1. n. 4.

Quo enim ad dotem, cum usque ab initio eam consequi
posset à Josepho magis opibus prædito, ut non controverti-
tur, lesionem utique passa est per concordiam, dum illius vi-
gore coacta fuit illam à parentibus emendicare, qui tamen
obspiratione inopiam, & impotentiam modum non habue-
runt, unde perolverent. Parum relevante quod objecta ino-
pia sufficienter non iustificetur; quia non est hic assumenda
formalis, & rigorosa probatio paupertatis ex iuribus in con-
traria decisione concessis, cum satis fit ad effectum, de quo
agitur, quod parentes Joannæ omnem adhibuerint conatum
pro suorum honorum alienatione, ut oneri donationis satis-
facerent, emptores tamen non invenerint, quia illa iuxta fa-
mam publicam multum erant ere alieno gravata, & fidei-
commissi transverfalibus supposita. Pauper enim etiam dicitur,
qui superflue nequit oneri sibi iniuncto, & licet habeat bona,
vel iura, ea tamen, vel pro debito non sufficiunt, vel non sunt
exigibilia de facto, Jalon. in l. si constante, nu. 145. ff. sol. matr.
Malcard. de prob. concl. 115. nu. 16. Menoch. de arbit. cas. 65.
numer. 10. optime Vallaf. de priv. paup. p. 1. q. 4. n. 97. & 139. in
fin. habito præsertim respectu ad personam dotandam, quæ
pro consequenda dote nunquam teneatur bona intricata ex-
cercere, ut ait Rota dec. 145. numer. 42. & dec. 151. n. 7. & 8.
coram Duran. & dec. 66. numer. 2. coram Peuting.

Crecit lesionis argumentum quoad retardatas nuptias,
Cum enim Josephus hinc mora, imò & sine dote illas
complevere debuisset, Rota coram Burat. dec. 498. numer. 8.
& adhibuit Avenionem in grege quousque genitores Joannæ
contra veram dotem parassent, eas ob simplicem conditionem
adjectam adimplere non potuit, donec miser occubuit
in castris, & miseriam puella præter honoris iacturam aleam
quousque subit non inventidit modum reparationis illius, qui
fæc moraliter loquendo non alius esse poterat, nisi quam
etiam de matrimonio copularet cum Supratore, ut advertit
Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 44. n. 3. Bonac. oper. moral. tom.
1. de matrim. q. 4. p. 1. n. 17. ubi n. 7. ver. sed aliaratione, Add.
ad dec. 431. num. 100. p. 4. r. r. tom. 2.

Et ita causa pro secunda vice propofita recessum fuit à de-
cessis. Utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Avenionem. Dotationis.

Lune 30. Aprilis 1688.

Causa dotationis Joannæ vario fob eventu agitata con-
tra hereditatem Josephi, qui cum defensorado promif-
erat desponsare, sed morte præventus promissionem imple-
re non potuit, sicut in postrema promissione habita cor-
ram me die 2. Maji anni præteriti decisionibus contrariis re-
vocatis favore Mulieris resoluta fuit, sic in hodierna audien-
tia ex eisdem fundamentis edita resolutio remansit compro-
bata.

Subsistere namque visum est, quod cum fides per Josephum
præstita nunquam adimpleta, non amplius impleri possit ob
illius obitum superventum, omnis æquitas ratio suadet, ut
ejus saltem hereditas condemnari debeat erga Joannam ad
congruam ipsi dotem constituendam in restauracionem
damni per stuprum illari, quod præcipuum recipit astima-
tionem matrimonio deficiente, ut in hoc casu, & iudicis pru-
denti arbitrio est compensanda iuxta text. expressum in §. In-
juria circa fin. juncto, §. p. n. a. de in iur. & concordat.
Sac. Canon. disp. 101. n. 1. & 2. de adult. & suppr. quam in ter-
minis individualibus discussio ad partes articulo, tam in ter-
miis, quam in secunda instantia ita explicavit Senatus Pede-
montanus teste Thesaur. qu. foren. 97. per totum lib. 3. Tho-
vor. dec. 66. tom. 2. & scribens pro veritate Cardin. de Luca in
supplem. de dot. disp. 170.

Non obstat, quod tale argumentum petat principium us-
que modo impugnatum, quod scilicet deflorans Virginem
præstita fide de contrahendo matrimonio illam non solum
ducere, verum etiam dote tenatore, quando ad primum
tantum conveniri posse tradunt DD. in unum congesti in 1.
dec. 19. Junii 1682. §. in præfenti coram bon. meo. &
resolvit Sac. Congregatio Concilii, ut apud Fagnan. u. 15. qui
fidem, de sponsal. num. 15.

Quoniam ultra quod propofitio ista non apparet om-
nino constans, & certa ob contrarias auctoritates æqua-
les numero, & ponderè in postrema decisione relatas sub §.
non obstat; habitoque singulari DD. examine, qui alias
pro hereditibus Josephi afferbantur, nemo est illis quæ-
sitionem agere videtur in terminis non adimpleta fidei ob
prædecessorem defloratoris, ubi stat nodus difficultatis, & tan-
dem comperto etiam, quod illam non attingit resolutio Sac.
Congregationis, que non loquitur de vero, ac proprio stu-
pore, qui nuptias promiserit, ut in præfenti hypothesi, ad
extorquendum copulam, sed de jam sponso, qui non expe-
ctata benedictione nuptialis sponfam cognovit, in quibus
terminis iure merito decretum fuit puniendum illum non
esse pœna stupri, sed arbitrio Ordinarii, cum ea potius di-
catur anticipata defloratio, quæ solum sedantur castra spon-
salia non ad stuprum, sed ad matrimonium destinata, ut præ-
cisè notat Fagnan. loc. præalleg.

Animadversum fuit, quod in casu propofitio, ubi de pro-
prio, ac vero stupro non dubitatur, contra formam præalle-
gati decreti stuprator quamcumque penam evaderet, & con-
sentis à puella conditionaliter præstitus eluderetur, si iura il-
lius, quando omni nuptiarum spe frustrata est, non revivif-
centur saltem pro consequenda dote, quæ uti debita ad bonum
publicum, & spirituale, remissa nunquam præsumitur per e-
lectionem Matrimonii, quod effectivè complere non valuit,
ut egregiè ratiocinatur Bailard. ad Clarum. §. stuprum, num.
19. & 20. Farinac. in præf. crimin. q. 147. numer. 117. & seq.
Coita de fact. & iur. ignor. ant. cent. 2. dist. 12. n. 38. Tho-
vor. dec. 66. num. 70. p. 1.

In nihilo restagante, quod hujusmodi iurium revivifcen-
taria nequeat stupratore defuncto, dum eo vivente post
electionem matrimonii, actio pro consequenda dote ulte-
rius non competeat: quia quidquid fit de cumulativa actio-
ne uno, eodemque tempore contra Josephum pro dote scilicet,
& matrimonio competente, quod hodie DD. agno-
verunt extra punctum præfentis difficultatis placuit respon-
dere, quod hic non agitur de revivifcentia iurium, & successi-
vitate strictè, & rigorosè sumpta, sed de quadam subroga-
tione actionis loco rei principaliter in obligatione venien-
tis, & in defunctum illius, quo casu per electionem unius re-
medii nunquam censetur alteri præclusa via, si per pitimum
non fit satisfactum, Gratian. disp. 338. num. 1. & pluribus
segg. Capyc. dec. 119. numer. 6. & confert. Rota dec. 130. n.
6. p. 1. recent.

Minus urget, quod per Josephum non steterit, quò
promissam fidem servaret; undè inevitabile impedimentum
quod

quod citra culpam illius matrimonium retardavit, sicut im-
putari ei minime potest, sic ejus hereditas condemnari
non debeat ad id, quod interest Joannæ, illud non fuisse
completum, ad text. in l. quod mihi, ff. si certi. pet. Rota cor-
am Pen. dec. 26. n. 2.

Siquidem non ex eo, quod paulò post paratum suprium
rogaverit Josephus per interceptam personam matrem
Joannæ, ut eam sibi traderet in uxorem, dici potest, quod
evalescit notam culpabilis more, quæ causam dedit non
implemento matrimonii. Quia cum hujusmodi nuptiarum
petitio non fuerit libera, & absoluta, sed conditionalis,
seu qualificata, quatenus scilicet circa scientiam suorum
parentum, & sine debita publicatione ipsi secreto nuberet
puella, potius causam præbuit, ut defloratæ Virginis Ma-
ter instantiam resiceret, & licet non recusat, imò libens
offerret matrimonium, quatenus contraheretur consuetis
solemnitatibus nobilium more, ne suspicio paratæ criminis
crederetur in Civitate, adhuc ipse negligens paratæ crimini
debet obligatio à proposito non recessit, donec Joanna
puerperio proxima coacta fuit simul cum genitore crimina-
liter agere, ut aliquo modo læsi honoris injuriarum vendica-
ret, ex cuius facti serie facti convincitur Stupratoris mora,
in qua semper esse dicitur, quando nuptiarum dilatio pro-
venit à conditionibus exorbitantibus, & puella nobili in-
iuriolus, ea quidem irrefragabili ratione, quia cum virgo
tradendo corpus stupratori dicitur contractum ex parte sua
adimplevisse, nullam habet alter legitimam causam, ob
quam differendo matrimonium, mutuum contrahendi obli-
gationem evadat, Azor. in sup. moral. par. 3. lib. 5. cap. 5. q. 3. §.
sed difficultas est, Font. de pact. nupt. claus. §. glo. 5. par. 1. n. 40.
& 41. de Luca de Dot. disp. 141. n. 78. & 79. & animadversum
fuit in ult. dec. §. fin.

Nec ob prædictam querelam aliqua objecte more culpa
resandi potest in Joannam, quasi deinde stuprator pro-
fus factus metu pœnæ impeditur, ne ad illius dispositionem
deveniret; quoniam præterquam quod in contractibus
ultrò citroque obligatoris non alia mora, quam prima
consideratur, quæ ex prædictis stupratori imputanda est,
leg. cum proponas, la 2. Cod. de pact. Tondut. quest. civil. cap.
16. num. 9. part. 1. & cap. 131. numer. 4. part. 2. Rot. dec. 42. &
783. num. 13. & seq. coram Eminenti. Cerro, cessat etiam
objectum, nam ex hoc ipso, quod aufugit, consummatio incre-
buit, dum potius querenda erat cancellatio querelæ cum
prompta, & libera exhibitione matrimonii, ad quem præ-
cipuum finem querela tendebat, quod cum non fecerit
utque excusandus non est, quia legitime impeditus non
dicitur qui de facili, cum posset removere non curavit im-
pedimentum, leg. qui potest, ff. de regul. jur. Menoch. de arbit.
trii. Judic. cas. 118. n. 7. Rota dec. 638. n. 7. & nec. 691. n. 5.
cor. Duno. zett. Jun.

Nullatenus etiam suffragatur Josepho concordia ejus
nomine à parentibus stipulata, quæ mediante ratam ipsi
habuerunt præcedentem nuptiarum promissionem, &
onus dotationis genitoribus Joannæ iniunctum fuit, ex
qua duplici circumstantia excusari ille prehendit tam ab
objecta mora, quæ ex prædicta ratificatione remansit pur-
gata, quam ex successiva obligatione dotationis, à qua in
transactione liberatus fuit, quoniam cum nuptiarum pro-
missio ratificata non aliter iustificetur, quam vel conditione
dotis lib. 9000. quæ ob inopiam debitorum, ut docuit even-
tus, tanquam impossibilis non potuit unquam impleri non
fuit quidem prompta assecruratio matrimonii, sed affectata
dissolutio, & eisdem promissionis rescissio, ad text. in l. con-
tinuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. obligatio autem ab ist-
dem expressivioribus dotis facta, cum in eo solum casu con-
tracta fuerit, quo matrimonium suum foretore effectum, non
potest in casu contrario stupratore liberare à restaura-
tione damni, & interesse, ad quod jam pridem ex proprio de-
lecto adstringebatur, iuxta auctoritates supra allegatas, §. ani-
madversum, & latius per Font. de pact. nupt. claus. §. glo. 5. par.
1. n. 113. & 117. & seq. & rursus eadem glo. §. par. 3. n. 44. 45. &
47. & seq.

Neque magis relevat, quod etiam post concordiam pa-
ratæ esset Josephus nuptias celebrare, prout jussu aliter de-
claratis dicitur, dum per novam querelam demissus in car-
ceribus reperiebatur, & secuta postmodum excarceratione
accepto nuntio à propriis parentibus, ut Avenionem rediret
pro earum celebratione, expedito itinere usque ad lu-
burbiense contulit.

Enim præfata declaratio non subsistit in facto, dum
pro obtinenda excarceratione exhibuit dumtaxat decretum
superflorior à Vic. Legato Aven. obtente absque ulla iurata
Card. de Luca, Lib. VI.

transactionis mentione. Reditus vero unica vice factus in
patriam, & noctis tempore, concludenter non probatur
ordinatus pro effectu donationis nuptiarum, sed quidem pro
celebranda universalis donatione omnium bonorum favore
matris, que illum sicut semper magis inhabilem reddebat
pro substitutione matrimonii, sic ab eodem alienum de-
monstrabat, quod fortius deinde comprobatur est, dum
nullo alio pacto negotio rediens statim ad periculosum
bellum infeliciter occubuit, & hæc singula simul juncta
necum convincunt animum à nuptiis abhorrentem, ut di-
ctum est, sed aperte demonstrant non sine culpa moram
semper fecisse, & dilationem illarum falsò esse honestatam
sub emendicato prætextu concordie, ad cuius executionem
nemquando etiam defloratæ Joannæ Genitores nulla de-
tenti inopia devenire potuissent, adhuc forsitan non tene-
bantur ob fluctuantis animi ambiguitatem, quam in futuro
sponso cognoscebant, ne ultra proforem honoris injuriam
damno quoque succubere inutilis, & difficilis depositi do-
tis in pecunia numeranda, ut advertit Card. de Luca, disp. 170.
n. 20. in supplem. de dot.

Et ita ommissis, quæ repetebantur circa enormissimam
lesionem ex eadem transactione Joannæ resultantem; &
quæ eo magis intentantur ab ea dotationis actionem con-
focetabant, ut in postrema decisione uberius dictum est, DD.
steterunt in decis. Utraque &c.

R. P. D. MOLINES

Avenionem. dotationis.

Lune 3. Decembris 1691.

Confirmanda visa fuit sententia R. P. D. mei Beninacæ,
per quam in gradu restitutionis in integrum, præ-
via revocatione duarum precedentium sententiarum, pronu-
nciatum fuit, locum esse dotationi petite à Joanna contra
heredes Josephi, qui illam adhuc virginem comprehenderat,
præstita ei fide futuri matrimonii, quod tamen diu dilatum,
vivente stupratore contrahi tandem nec potuit, nec potest
ob illius mortem.

Libratis enim fundamentis, quibus nititur præfata ultima
sententia, domini perspicuum agnovit illud desumptum
ex cap. 1. & 2. de adult. juxta quorum dispositionem etiam
procedendo cum sensu contrariarum decisionum editarum
coram bon. meo. Albergato 19. Junii 1682. & 1684. quibus fuit
conformis prima sententia rotalis, indubitata remanet obli-
gatio stupratoris, five ad dotem, five ad nuptias, saltem al-
ternativè, ut consentiunt omnes DD. utrinque allegati, &
congesti in d. prima decisione R. P. D. Albergati, §. Inanis,
cum duobus segg.

Hac autem admiffa obligatione, consequens est, ut quo-
ties corrumpens virginem, eam non ducit in uxorem, re-
neatur illam dotare, ut explicat Gloss. in d. cap. 1. verb. do-
tabit eam, ver. si cum ea non contrahat, Farinac. quest. crim.
147. num. 110. Cartar. de crim. 65. sub numer. 5. cum aliis re-
latis tam in præallegata prima decisione bon. mem. Albergati,
quam in alia R. P. D. mei Beninacæ, ff. die 2. Maji 1687.
in fine principii, ubi etiam firmatur hoc idem onus tanquam
interesse deflorationis ex æquitate canonica transire ad he-
redes, ut sentit Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 1. sub n. 84. & reli-
qui, quos tanquam illius opinionis afflicta citat eadem de-
cisio.

Nec subsistit, hæc tantum procedere in vero, ac simplici
stupro, non autem in eo, quod, ut in casu præfenti, stupri no-
men rigorosè non meretur, ex quo illi præcessit fides matri-
monii, quæ sicut inspecto jure antiquo sponfalium speciem
præferebat, ita accedente copula transiit in legitimum
matrimonium, ad text. in cap. si idem, de sponsal. & cum
casum de rapi. sic moderne poenas inflictas per d. cap. 1. &
2. de adulter. eximit talem stupratorem ab onere dotationis,
illum dumtaxat obligans ad contrahendas promissas nup-
tias, ut ex Canon. lex illa 36. prima distinguit, dicit prima dec.
cor. Albergato, §. in præfenti, & segg. & sentiunt DD. ibid. cu-
mulati, cum aliis concordant. allatis ab informationibus
pro Francisco.

Quoniam omisso etiam pondere auctoritatum contra-
riarum sententiarum, juxta adductos in dicta decisione 2.
Maji 1667. §. Non obstat, coram R. P. D. meo Beninacæ,
semper urget, quod matrimonium Joannæ promissum nul-
lum habuit effectum, & ipsa adhuc rupta nota maculata
nullam habuit amiffæ virginitalis reparationem, nec ha-
bere poterit, nisi dotem consequatur ab heredibus defun-
cti stupratoris, contra quos propteræ suam exercere potest
actionem revivifcentem eo ipso, quo per mortem ejus-
dem

dem stupratoris nuptia promissa contrahi non poterunt, Theaur. *quest. forens. 97. numer. 1. cum duobus seq. & per tot. libr. 3.* qui testatur, ita bis sensisse Senatorem Pedemontanum, & pro veritate in hac causa scribens Cardin. de Luca in *Suppl. de dote, d. 170. per tot. & signatex numer. 22.* ca quidem valida ratione, quod pro consequenda dote nunquam actio censetur remissa per electionem matrimonii, quod tubidine completi non valuit, cum pena dotationis præcluse non respiciat particularem mulieris vindictam, sed publicam, & spirituale bonum, Bajard. *ad Clar. libr. 5. §. Stuprum, num. 19. & 20. Farin. in praxi crim. quest. 147. nu. 118. Colt. de fall. & jur. ignor. centur. 2. dist. 11. nu. 34. & seq. & Clarin. contr. 174. nu. 58.* Alias enim ad neutrum in hoc casu stuprator teneatur, quod repugnat æquitati, & juris communis dispositioni, nec non communi sententiæ DD. etiam in contrarium allegatorum.

Non obstat, quod per Josephum non steterit, quo minus promissa fides non fuerit adimpleta per celebrationem nuptiarum, pro quibus sepius institerit. Unde cum de culpa redargui non possit, imò potius hæc tribuenda sit parentibus Joannæ, qui ex eorum parte promissa adimplere distulerunt, casus mortis, qui supervenit in Josepho, non videtur inducere novam obligationem in bonis illius per solutione dote, à qua ipse ex prompta nuptiarum exhibitione fuerat liberatus, Sanchez. *de matrim. lib. 1. disputat. 10. nu. 15. in fine, Guttier. eodem tract. 14. de sponsal. cap. 10. sub nu. 13. vers. sed verius, Bonacin. oper. moral. tom. 1. qu. 1. punct. 2. n. 10.*

Obiecto enim præventivè occurrit ultima *decis. R. P. D. mei Benincasa edita die 30. Aprilis 1688. in §. Minus verget, cum seq.* ubi probatur Josephum fuisse in mora culpabilis, ex quo nunquam ostenderit promptam, & absolutam voluntatem perficiendi contractum matrimonii, sed semper ex variis emendicatis subterfugis ab eo divertere curavit, nimirum ultra querelam offendendo matrimonium, quatenus citra scientiam ejus parentum, & sine debita publicatione puella ipsi secreto nubere vellet; post querelam vero dum fugam arripuit, licet posset ab eadem querela se liberare, itam contrahendo nuptias, ac demum postquam inter ipsius, ac Joannæ Parentes fuerat concordatum differens effectuationem matrimonii ex eo, qui a Parentes Joannæ promissam dotationem non adimpleverat, quod non implementum non erat considerabile respectu Joannæ, cui in re tam gravifaceta aliena præjudicare non poterant, nec debebant, ut advertit Card. de Luca in *d. d. 170. nu. 20. in suppl. de dot.*

Atque hæc non refragatur concordia, ut præfertur, inter d. Parentes Josephi, & Joannæ superventa. Quidquid enim in ea Parentes Joannæ etiam ultra proprias vires (ut effectus demonstravit) promiserunt ad meliorandam conditionem miserabilis filia, nunquam tamen renunciantur apparet legali præsidio, quod eidem Joannæ ex præmissis competebat, quatenus concordia, vel ex facto ipsius Josephi, vel ex casu inopinato optatum finem consequi non valeret, & ideo optimè applicantur juris prævisiones, quod ubi in transactionibus effectuatæ, & implementum perveniant ad impossibilitatem executionis citra culpam remittentis jura sua, ista reviviscunt perinde ac si non fuissent remissa, ad text. in *l. si quis accepit, ff. de condit. caus. dat. non sequit.* cum aliis in *dict. decis. R. P. D. Benincasæ 2. Maji 1687. §. in nihilo refragatio.* Quodque per electionem unius remedi nunquam censetur præclusa via alteri, quoties per primum intentioni agentis satisfieri non valuit, Gratian. *discept. 338. numer. 1. cum pluribus seq.* & in alia posteriori decisione R. P. D. Benincasæ §. in nihilo.

Indeque enim patet responso prætenfæ ratificationi dicte concordia, quia etiam hæc ratificatio deducatur ex pluribus actibus sublequentibus ex parte ejusdem Joannæ relatis in dicta prima decisione bene mem. Albergati. Hujusmodi actus importare quidem valent scientiam genericam præcedentis concordia, citra tamen præjudicium in iuribus, quæ vel ex ipsam concordia, ut diximus, illata remanebant, vel per eam tolli minime poterant abque speciali, & in dividua mentione contentorum in eadem concordia Joannæ punctualiter notificatorum, cum alias non sint adaptabiles termini rationis, Gabr. *conf. 69. n. 26. lib. 2. Rot. dec. 268. sub n. 2. par. 4. tom. 2. recent. & in hoc casu sentit de Luca d. d. 170. nu. 21.*

Fortius etiam quia ob relevantiam materiæ dubium saltem adhuc remanet, an Joannæ nulla interveniente solemnitate libens etiam potuisset renunciare juri ipsi quæsi-

to super dotatione consequenda à Josepho, in casu quo promissum matrimonium non sequeretur, cum in hoc videatur considerabilis enormissima læsio, pro qua concludit dicta decisio R. P. D. Benincasæ 2. Maji 1687. à §. Ceterum, usque in finem, & propterea eo minus locum habere potest presumptio ratificationis, quæ in re ad præjudicium debet esse omnino clara, certa, ac indubitata, non autem dubia, & æquivoca, ex ponderatis per eundem Card. de Luca d. d. 170. nu. 22. & seq.

Et ita utraque, &c.
R. P. D. MOLINES
Avenionem. Donationis.
Feneris 16. Januarii 1693.

Cum advenus geminas Rotales sententias Reverendissimorum Patrum Dominorum meorum Benincasæ, & Manniel, quibus pronunciatum fuit, locum esse dotationi petite à Joanna contra hereditatem Josephi, qui illam adhuc Virginem sub fide Matrimonii dehoraverat, quod tamen contrahi nequit ob superventum Josephi stupratoris obitum, imperitasse Francis illius mediatus hæres novam commissionem restitutionis in integrum mihi directam, exhibui hodierna die Dominis meis examinandum dubium, tres continens inspectiones. Primam nimirum, an confiteri de causis restitutionis in integrum; secundam, in qua summa sit taxanda dos; & demum tertiam, an, à quo tempore, & ad quam rationem debeantur, & sint liquidandi fructus dote, super quibus existimatur non consistere de causis restitutionis in integrum, dote deberi in libris 15. mil. una cum fructibus ad rationem quatuor pro centenario à die obitus stupratoris pro nunc.

Moti sunt, quoad primam partem, quia apparuit validitas sententiarum ex actis præ se ferentibus cuncta requisita vulgatæ *dec. 262. Caputaq. par. 2.* necnon iustitia ex tribus postremis decisionibus, duabus nempe coram R. P. D. meo Benincasæ sub diebus 2. Maji 1687. & 30. Aprilis 1688. & alia coram R. P. D. meo Manniel sub die 3. Decembris 1691. ex quibus eliminatur quælibet læsio, sine qua non conceditur restitutio in integrum; 1. & *rot. nu. c. si adversus rem judicatam, Rot. dec. 291. n. 1.* coram Dunozeo, & alibi passim.

Et profectò iuste condemnata fuit hereditas Josephi stupratoris dote præstare Joannæ. Nam stuprator non contrahens matrimonium cum virgine dehorata, non potest effugere penam dotationis, *cap. 1. §. 2. de Adulteriis; in §. Stuprum, num. 3. vers. Sed quero, Farinac. quest. criminal. 147. nu. 113. Theaur. decis. 4. nu. 2. Fontan. de pat. claus. 5. glof. 5. par. 1. a. nu. 1. ad 16. Cancr. variat. par. 3. cap. 11. nu. 25. & 21. Card. de Luca d. d. 170. nu. 142. a. nu. 71. ad 74. & in suppl. de dot. d. 170. Tondut. quest. ben. nesci. par. 3. cap. 184. nu. 1. & 2. Rot. decis. 74. coram Penia. Cumque ob superventum obitum Josephi dehoratoris matrimonium cum Joannæ dehorataque non poterit, omnis residens penes dehoratam non nubentem, procul dubio transivit passivè ad illius hereditatem, & hæc fœdè tenetur dote præstare, Gomez. *var. resolut. tom. 3. cap. 1. sub n. 84. Barbol. in leg. unic. num. 2. Codic. ex delictis defunctor. Noal. de transmiss. cas. 19. numer. 24. vers. Sed utrum actio.* Card. de Luca in *suppl. de dot. d. 170. a. nu. 2. ad 5. & in decisione 2. Maji 1687. coram R. P. D. meo Benincasæ §. primo, in fine.**

Nec iterum repetere juvat, quod hæc non procedant in Stupro patratò libi promissione, seu fide futuri matrimonii, in quo dehorator promptus se obtulit ducere in uxorem dehoratam; evitetur exinde dotalio, omneque aliæ penæ Canonice statute in *cap. 1. §. de Adulteriis*. Etenim omisso etiam in hodierna propositione examine questionis, an dehorans virginem, eamque in uxorem ducens, teneatur etiam illam dotare, ut affirmativè tenetur Abbas in *dist. cap. 1. de Adulteriis, num. 1. & 4. Covar. lib. 4. decretal. cap. 6. §. 8. nu. 15. Farinac. quest. criminal. 147. nu. 92. & numer. 99. Fontan. de pat. nupt. claus. 5. glof. 5. par. 1. nu. 15. 16. 40. & 41. Thoro. *ver. decis. 66. par. 1. numer. 37. & 38. 39. 70. & 71. Clarin. controu. 174. nu. 76. 77. & 80. Rot. decis. 74. nu. 3. & 9. coram Penia, qui dicunt;* quod in casu quo stuprator matrimonium contrahit, tenetur dote præstare in ea quantitate, quam juxta qualitatem Puellæ ipsa foret habitura; in casu verò quo matrimonium cum ea non contrahat, debeat ultra dictam dote supplementum illud plàs, quo indiget dehorata, ad inventiendum virum sibi æqualem.*

Pro

Pro dotalis obiecti eliminatione urget semper vitium fuit, quod dum matrimonium ad finem perducere non potuit propter superventum obitum stupratoris, heredes dehorantis obstricti sunt ad dote præstandam, quam obligationem nullo modo evitare possunt, ne delictum remaneat impunitionum, & puella, ejusque parentes in damno amitti honoris absque ulla reparatione, cum per matrimonium in hoc casu non possit macula rescitari, inde omnis æquitas fualet, ut hoc damnum reficiatur per condemnationem hæreditatis stupratoris ad solvendam dote, ut in præcis terminis Theaur. *9. forens. 97. nu. 1. cum sequ. Thoro. *ver. dec. 66. n. 69. 70. & 73. par. 2. Card. de Luca in suppl. 10. 2. tit. de dot. d. 170. a. n. 2. ad n. 5.**

Nec minus ex concordia stipulata inter parentes supra, & stupratoris, per quam inter ipsos conventum fuit stupratorum nuptias cum stupra contrahendum cum dote librarum 9000. à Puella parentibus perfolvenda, deduci non fecit matrimonii, quoniam in concordia hujusmodi Puella non interviit, adeoque eam non afficit, nec factum patris illi præjudicare valet, ut non vocata in transactione, eò modo, quo contentus Puellæ, seu remissio per eam facta iniuriæ per ipsum illate, non valet præjudicium irrogare parentibus, & consanguineis, quin possint petere damni reparationem, ut tenet Bajard. *ad Clar. in §. Stuprum, nu. 19. Farinac. de delict. carn. quest. 147. numer. 117. Cardinal. de Luca in suppl. de dot. d. 170. numer. 10. Fontanel. d. d. 170. §. par. 1. numer. 59. Theaur. decis. 3. numer. 2. vers. Quod si remissionem, Thoro. *ver. decis. 66. par. 2. numer. 78. & 79.**

Abique eo quod ulla vis fieri possit in nonnullis actibus, quibus induci prætendatur ratificatio hujusmodi concordia ex parte Puellæ. Tum quia de his legitime, & conclusivè probatioibus non constat, & quidem cum scientia certa, non dubia, si æquivoca præjudicium, quod resultare possit Puellæ, si matrimonium contrahi non possit, ut ad rem Card. de Luca d. d. 170. nu. 21. & in secunda *dec. cor. R. P. D. Meo Benincasæ §. Prætenfæ.*

Tum etiam quia quatenus puella concordiam ratificasset, eique principaliter intervenisset, exinde tamen non potest dici remissa acti petendi dotationem, eo quod ratificatio reputanda venit correctiva ad casum, quo matrimonium sequi potuisset, cumque hoc ad statum impossibilitatis venerit ob mortem stupratoris, evanuit concordia de sui natura, & jura dote reviviscunt; aut ob speciale privilegium dote, aut quia per electionem unius remedi non præjudicaret alteri, quoties per primum non remanet intentioni agentis satisfactum, ut in hoc casu tenet Card. de Luca d. d. 170. nu. 5. & 11. Thoro. *d. ver. 66. n. 69. 70. & 83. par. 2.*

Atque hæc etiam nullius considerationis sunt ea, quæ longa serie deducebantur per scribentes pro hærede Josephi stupratoris, in demonstrando istius promptitudinem, & alacritatem ad matrimonium contrahendum, dum plures Avenionem se committit ad hunc finem, & si ibi ingressus non fuit, hoc evenit ex pacto in transactione apposito, ut stuprator Avenionem non ingrederetur, nisi factò dote deposito per parentes puellæ, & quodque per ipsum non steterit, quominus promissa fides per nuptiarum celebrationem adimpleretur, sed hæc defecisse culpa genitorum Puellæ, vel nolentium, vel non valentium dote librarum 9000. in citata concordia promissam exolvere; quia placuit responso, quod hæc consideranda forent, si versarum in casu quo matrimonium ad suum finem perducere valeret, hoc autem reddito ad statum impossibilitatis per superventum obitum stupratoris, nulla de his habenda est ratio, sed hereditas stupratoris omnino condemnanda venit ad dote, ut macula amitte virginitatis puellæ reparationem consequatur, & crimen stupri impunitioni non remaneat.

Neque supra firmatis contrariantur ea, quæ dida fuerunt in Avenionem. dotationis 3. Martii superioris anni coram Reverendissimo Patre Domino meo Caprara, ubi declaratum fuit pennis *cap. 1. §. 2. de Adulteriis*, non intrare, & dote præstandam esse à patre, quia casus dicte Decisionis longè distat à presenti, ibi enim, ultra quod fuit contractum matrimonium, præcesserat copulam sponsalia inter conjuges, quo casu stuprum non committitur, nec habet locum penæ *d. c. 1. §. 2. de Adulteriis*, licet arbitrio Episcopi sponfus sit gra viter puniendus, ut de mente S. Congregationis Concilii tenet Fagnan. in *ca. qui fidem, num. 15. de sponsal. & prius dixit Abb. in cap. cum causa 6. sub numer. 4. de Card. de Luca, Lib. VI.*

raptoribus. In presenti autem casu nulla præcesserunt sponsalia, atque hinc crimen stupri non potest evitari, nec penæ *c. 1. §. 2. de Adulteriis*.

Hæc quoad primam partem dubii plerumque sufficere DD. visa sunt, abque ulteriori discussione aliarum objectionum, abundè sublatarum in tribus præcedentibus decisionibus hujus causæ, cum quibus DD. in reliquis pertransierunt.

Quo verò ad secundam partem respicientem taxam dotis, in quam quantitate sit præstanda, hæc concordia visa est in libris 15. mill. pensatis singulis facti circumstantiis, super quibus arbitrium Judicis interponi debet pro taxanda dote, ut in hoc casu Theaur. *decis. 3. numer. 2. in fine*, Bajard. *ad Clar. §. Stuprum, num. 7. Carpiou. *pract. Crim. par. 2. quest. 68. nu. 13. Cardinalis de Luca d. d. 170. numer. 13.**

Et quidem congruitas dote suadebatur, reflectendo, quod in sæpè citata concordia casu, quo matrimonium contraheretur inter Josephum, & Joannam, per quod macula ablata remanebat, dos librarum 9000. itaut non commisso stupro, ex quo genitores puellæ relevabantur ab onere dotandi, atque adeo exigua dote non remansisset contentus, conigua habita fuit inter partes. Unde cum matrimonium sequi non poterit, nec possit, & consequenter dos debeatur per stupratorum in ea quantitate, quam foret habitura puella juxta suum conditionem, & facultates; si casus stupri non contigisset, & ulterius per viam supplementis addendum ficit, quod imposita illa macula ejusque adequata recompenfæ, ut sit consultum remaneat puellæ ad inventiendum virum sibi æqualem, ex traditis per Fontanel. *de pat. claus. 5. glof. 5. par. 1. nu. 16. Card. de Luca d. d. 170. nu. 13. Rot. decis. 74. nu. 3. & 4. coram Penia, inde etiam, ut dos congrua habitura fuerit in libris 15. mil. Addita etiam consideratione pinguis Patrimonii Josephi, & qualitate familie puellæ dehoratae.*

Demum quoad ultimam partem respicientem fructus dote, præmissa conclusione, quod dos illa debita in penam stupri, & reparationem iniuriæ Virgini dehoratae, statim irrevocabiliter debetur, nec recipi conditionem si nuptias sequantur, sed puella illam sibi acquirit, & actionem respectivè ad hæredes transmittit, si decedat inuupta, ut reprobatò Borgnin. Cavalcan. *dec. 10. n. 38. par. 4. & patris illius sectatoribus, ex veriori, & communiori opinione amplissime tradunt Bajard. ad Clar. in dicto §. Stuprum, sub nu. 24. vers. Sed ego, Theaur. in addition. ad Patrem, d. dec. 3. sub nu. 2. lit. B. Barbol. in leg. unic. nu. 2. Cod. ex delict. defunctor. in quant. hereditat. conveniant. Gomez. *variis. resolut. tom. 3. §. primo, sub nu. 84. in fine. Cancr. variat. par. 3. cap. 11. nu. 140. & sequent. usque ad nu. 148. Lup. de illegitim. comment. 1. §. 5. nu. 125. in fin. Vilcont. in addit. ad Franch. dec. 333. §. Sed si ad dotandum, in fin. Farinac. d. quest. 147. nu. 123. in fine, Panjmalin. in annotat. ad præcis. dec. 93. nu. 11. Giuro. ad conclus. Messanen. c. 2. glof. 7. par. 1. nu. 31. in med. vers. dote in stipulato. Franc. Marc. dec. del. phin. 6. in fine, par. 1. Beulich. *pract. par. 5. conclus. 38. nu. 16. Amay. in leg. 10. a. nu. 64. usque ad nu. 72. Cod. de iur. offic. lib. 10. R. alnal. tom. 2. observat. cap. 23. §. 1. a. nu. 255. ad nu. 268. Cresp. observat. 25. per tot. par. 1. Cortiad. dec. 89. numer. 18. Capr. in prax. Criminali. d. par. 2. q. 68. a. nu. 32. usque ad nu. 41. Domini dixerunt, istos non deberi ut fructus dotalis, sed loco alimentorum ad rationem quatuor pro centenario à die obitus stupratoris, pro nunc, moti, quia hæc miserabilis mulier delusa per stupratorum spe matrimonii, nec illud, nec dote consecuta fuit illa vivente, sicque æquitas non patitur, ut ad minus à die mortis stupratoris, qua frustrata remansit spe nubendi cum illo, & propter retardatam dote solutionem non potuit cum alio nubere, alenda non veniat ex bonis hæreditatis stupratoris, ex traditis à Cancr. *d. d. par. 3. cap. 11. numer. 142. & seq. Gomez. ad leg. Taur. r. 80. numer. 13. Fontanell. de pat. nuptiar. dist. claus. 5. glof. 5. numer. 110. & seqq. præsertim quia in tam longo litis decursu annorum nullquam viginti, ut se aleret, & dispendia iudiciorum sublineret, coacta fuit plura debita contrahere, & devenire ad venditionem plurium fuorum bonorum.****

Et ita utraque, &c.